


6
34 MI
13



FLAVII PHILO-strati de Vitis Sophistarum Libri duo, Antonio Bomfino interprete.

CVM GRATIA ET PRI-uilegio Imperiali, ad sexennium.







NICOLAVS GERBELIVS DD



· Doctor præclaro viro Do. Ioanni Rudalphingio. S. In Christo Iesu.

Hierabotanen herbam esse dicunt ramulis tenuibus, cubitalibus, angulosis. Foliis paulo quã quercus minoribus, maioribus diuisuris. Flore glauco, radice longa & pertenui. Ea si quis perungatur, nihil eũ impetrare non posse. Eius itẽ aqua si quãdo triclinia con spergant, conuictus fieri hilariores lætioresq;. Et qđ in primis admiratiõe dignũ existimes, concordiã parat, cõciliat amicitias. Magnã sane vim herbis atq; po tentiã inesse, præter reliquos Homerus doctrinarũ & antiquitatis parẽs persæpe cõmeminit. Tu vero suauissime mi Rudalphingie, nulla opitulãte herba, nullis adiuuãtibus succis. Sed memorabili simul & insigni beniuolẽtia & humanitate tua, tantã tibi amicorũ tur bam cõparasti, vt nullus fere sit vspiã angulus, qui nõ vnũ, vel etiã alterũ habeat mãsuetudinis tuę pconem. Es tu quidẽ (vt vere dicã) amicis tuis sacra illa Verbe naca vel Hierabotane, de qua paulo supius diximus. Si quis etem̃ fauore tuo perunctus fuerit, nihil nõ im petrat, nihil est fere quod nõ fœlicibus auib⁹ assequatur. Cui tu cõuiuio vnq̃ affuisti, quod nõ feceris hilarius? Quẽ tu eruditorũ non euicisti beniuolẽtia, retinuisti humanitate, amicitia foues? E quorũ numero tametsi minimus sim ego, eo tamẽ a te sum beneficio rũ cumulo exornatus, vt maxime oĩm multis noĩbus, multisq; modis gratiã tibi referre debeã. Quod etiãsi pro munerũ tuorũ magnificẽtia præstare nequeam, nunq̃ mihi tamẽ animus deerit, maxĩa quæq; cõmoliendi, quo tuæ satisfaciã erga me beneuolẽtiæ, & cri



men a me abíiciã, non parũ multum ab om̃ibus repre
hensæ ingratitudinis. Cuius rei prægustationẽ facere
collibuit, & veluti παρασκευὴν hisce Sophistarũ vitis,
quas tuo dedicamus honori. Non vt mihi totũ hoc ac
ceptũ referas, sed nõ minus multo præclaro viro Ioan
ni Gremperio, qui multis sane laboribus, multis pre-
cibus, multis deniq; lachrymis librum hunc e Budensi
Bibliotheca extorsit. Eumq; mihi tanq; amico summo
excribendũ concredidit. Deditq; potestatem nobis si
quãdo gratificari vellemus studiosis, possemus vtiq;.
Dignus profecto laude multa Gremperius, qui tam
preciosum thesaurũ sub modio non occuluit, sed pro-
tulit in mediũ, cõmunemq; fieri voluit ijs om̃ibus, qui
ex aliorũ vita bona, tanq; formula quadã, suam face-
re cupiunt meliorẽ. Ad me quod attinet ornatissime
mi Rudalphingie, quo tibi, studiosisq; reliqs rem gra-
tam facerẽ, græcum exemplar cum hoc cõtuli. Mirum
quantã vndequaq; offenderim diuersitatẽ. Partim in
propriis nominibus, quorũ in hoc libro frequens co-
pia. Partim in sententiis, quæ vsq; adeo cohærebãt im
polite, vt nihil impolitius, adeo breues, vt cum obscu-
ritate multa, vix possent intelligi. Diu subdubitaba-
mus, an id transcribentiũ tribuendum esset ignauiæ,
vel ipsi potius interpreti. Nihil erat dispendij in discri
men vocare tabellarios, qui vni huic culpæ obnoxij
sunt sæpenumero. Inhumanũ vero erroris insimula-
re virum (vt mea quidẽ fert opinio) non indoctũ om-
nino, nec penitus a cognitione bonarũ literarum alie
num. Quicquid id est diligenter admodum te, pariter
& studiosissimũ quemq; monemus, vt latina græcis
conferantur. Nos, tametsi non parum multa e singu-
lis fere angulis promineant, loca aliquot subindica-

bimus, quibus a latinis græca δὶς διαπασῶν discre-
pant, vt vel his saltē indiciis animaduerti queat, quid
aliubi studioso lectori sit agendum. Statim in initio
operis meminit oraculi cuiuspiam, cuius hoc est ini-
tium οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου, & quæ sequūtur. Quod ora-
culum qua fide redditum sit doctis diiudicandum re-
linquimus. In vita leonis Byzantij circa finē hæc ver-
ba ponūtur, ἐστί μοι καὶ γυνὴ πολλῷ παχυτέρα, quæ ita
fuerant translata. Magna quidē mihi et coniugi pin-
guedo est, quod an recte factum sit, nemo non medio-
criter eruditus in literis græcis, intelliget. In vita Fa-
uorini relicti fuerant integri aliquot versus quos vt-
cunque potuimus, curauimus adscribi. In primis illud
αὐτοληκύθους & sequentia. Propter hæc & alia nonnulla
(prælongum enim foret commemorare omnia) diu
anceps fuit consilium, an emittendi essent hi Sophi-
stæ in publicum nec ne. Vicit hæc tandem ratio, futu-
rum forsitan aliquem eruditum virum, qui tam ele-
gantem librum, tot salibus, tot sententiis, tot rebus
dignis vt ab omnibus cognoscantur, refertum,
suo restituat candori. Tu vero humanissime
mi Rudalphingie munus hoc qualecūque
est placida fronte suscipito. Quo si te
magnopere gauisum cognoueri-
mus, ansam præbebis nobis his
forsitan longe meliora paran
di, ad communem studio-
sorum vtilitatem. Viue
fœlix.

GERBELIVS LECTORI.

Non credimus ingratũ futurum studiosis, si quædam de Philostrato primũ ex Suida nostro, deinde his ipsis eiusdẽ Philostrati vitis annotauerimus. Philostratus primus Beri filius fuit, Nerone Romæ regnante genitus. Apud Athenienses sophisticam exercuit. Panegyricas orationes scripsit complures. Item & orationes Eleusiniacas quattuor, atq; nonnulla alia. Huius filius Philostratus secũdus, qui & ipse Sophistam egit Athenis, deinde Romæ sub Seuero Imperatore. Scripsit declamationes. Icones libris quattuor, vitam Appollonij Tyanei libris octo. Heroica. Vitas Sophistarum libris quattuor. Epigrãmata, & alia quædam. Quattuor libris absoluisse Philostratũ Vitas Sophistarum Suidas testis est. Verum nos duos tantũ apud græcos, nec plures in linguam latinam tralatos inuenimus. Ipse quoq; in vita Alexandri Sophistæ librorũ, quos de Apollonio ædidit, fecit mentionem. Philostrati Lemnij siue patrem suum, siue seipsum significare voluerit, cum in Aeliani vita, tum etiã in Aspasio meminit, haud longe a fine. Scripserunt & alij quædã de vita huius Philostrati. Quę in aliud tempus paulo forsã opportunius differenda esse putauimus. Viue fœlix, & boni consule.

SOPHISTARVM NOMINA.

¶ Adrianus	40. a.	Hippias	6. b.
Aeſchines	10. a.	Hippodromus	51. a.
Alexander	34. a.	¶ Iſæus	12. a.
Antiochus	33. b.	Iſocrates	9. a.
Antiphon	7. a.	¶ Leo	3. b.
Antipater	48. b.	Lollianus	17. b.
Apollonius Naucra-		¶ Marcus	18. a.
tites 45. b. (ſis 46. a.		¶ Nicetes	11. b.
Apollonius Athenien-		¶ Pauſanias	43. b.
Ariſtides	38. b.	Philoſtratus	3. a.
Ariſtocles	33. a.	Philiſcus	53. a.
Aſpaſius	55. b.	Philager	37. a.
Athenodorus	43. b.	Phœnix	47. b.
¶ Carneades.	3. a.	Polemon	19. a.
Chreſtus	52. a.	Polus	7. a.
Critias	8. b.	Pollux	42. b.
Cyrinus	53. a.	Proclus	46. b.
¶ Damianus	47. b.	Prodicus	7. a.
Dias	3. a.	Protagoras	6. a.
Dion	3. a.	Ptolemeus	44. a.
Dionyſius	16. a.	¶ Rufus	44. b.
¶ Elianus	54. a.	¶ Secundus	24. a.
Enomarchus	45. a.	Scopelianus	13. a.
Eudaxus	2. a.	¶ Theodotus	32. b.
Euodianus	44. b.	Theomneſtus	3. a.
¶ Fauorinus	4. a.	Traſymachus	7. a.
¶ Gorgias.	5. b.	¶ Varus Leodi-	
¶ Heliodorus	55. a.	cenſis	53. a.
Heraclides	50. a.	Varus Pergenat⁹	36. b.
Herodes	24. b.		
Hermocrates	49. a.		
Hermogenes	37. a.		

ILLVSTRISSIMO CONSVLI Antonino Philostratus.

Clarissimos philosophiæ, familiarisq; oratoriæ Sophistas duobus tantum libris tibi scripsi. Ratus id ab ingenio tuo minime alienum. Quippe qui ad Herodem Sophistam ob hanc artem te contulisti. Neq; etiam earum rerum immemor, quas Antiochiæ summo studio quandoq; à Sophistis accepimus. Parentes hercle non omniũ descripsimus, nisi tantum eorum, qui a claris parentibus nati sunt. Scio enim Critiam Sophistam non de parentibus, sed de Homero tantum cum patre fecisse mentionem. Quando monstrum æditurus erat, dum Homeri patrem fluuium esse diceret. Alioquin haud solis fortunatũ est multa scire volenti patrem alicuius noscere, eius vero virtutes, & vitia ignorare. Hæc scripsi Imperator optime, non vt te reuocem ad officium, quoniam neq; fortuna, neq; mente deciperes, sed vt ista lucubratio grauissimos animi labores, veluti pharmacosus Helenę crater Aegyptiis, tibi quandoq; leuaret. Vale musarum princeps.

FLAVII PHILOSTRATI DE VITIS SOPHISTARVM LIBER PRIMVS, ANTONIO BOMFINO INTERPRETE.





RISCAM Sophistarũ artem Rhetoricã fuisse, & philosophatam esse putandum est. Nam & de his philosophi disputant. Nam quæ illi per interrogationes supponunt, & breuiter in quæstionem adducunt, ea se ignorare dicentes, hæc antiquus ipse Sophista, tanquam si nouerit, eloquetur. Procemia igitur hoc modo fiebant. Scio equidem & cognosco, atque diu in hac exercitatiõe versatus sum. Item nihil homini firmũ. Hoc Procemiorũ genus, orationũ generositatẽ superat, præter fastum & manifestæ rei assumptionẽ. Hæc humano vaticinio accõmodatur. Quod Aegyptij, Caldæi, & ante hos Indi ex astrorum punctis rem coniectantes, ædiderunt. Hæc auguratur, & oracula reddit. Etenĩ Pithium audire par est. Scio aũt ego harenæ numerũ. Item maris mensurã, & murum Tritogeni ligneũ, dederit Euriops Iuppiter & propriam crudeli vulnere cedẽt, Iam Neron Horestes Alcmeon, quisque parentẽ. Item multa alia Sophistæ more Apollo locutus est. Primaque Sophistarum ars Philosophiam sibi subiiciens, eam longius & prolixius prosecuta est. Disputat enim de fortitudine, de iustitia Heroum & Deorum, & quodcunque denique finxerit Dea mũdi. Hæc quæ post illã est, quam non nouã, quia prima fuit, sed secundã potius appellare debemus, pauperes finxit & diuites. Item optimates & tyrannos, & quas causas finitas appellamus. De quibus etiã tractat historia. Verum Gorgias Leonti-



nus in Thessalis huiusce antiquioris principatum ob tinuit. Secundæ vero Aeschines Atrometi filius, qui aere publico Atheniensium eiectus, in Caria & Rho do versatus est. Causas secundũ artes egerũt, partim qui ab Aeschine, partim qui a Gorgia profecti sunt. Promptæ autẽ orationis fontes e Pericle primũ non vlli promanasse dicunt. Qua propter linguã magnus Pericles cognominatus est. Sed aliqui a Bizantio Pi- thone Atheniensi. Quem solus Atheniensiũ Demo- sthenes, promptã & nimirũ exuberantẽ orationẽ ex- ercuisse dicebat. Alij vero ab Aeschine inuentionẽ re ferunt promptius fuisse exorsam. Quippe cum Rho- dum nauigasset, apud Mausolum Cariũ extempora- li oratione declamasse dicitur. At multa quæ sunt ho- minum in legatione, foro, & concione extempore e- gisse mihi videtur Aeschines, & tantum orationes re- liquisse conscriptas, ne lucubratiõibus Demosthenis multo inferior haberet. In prompta oratiõe Gorgias
» pincipatũ obtinuit. Nam cum Atheniensiũ prodisset
» in theatrũ, proponite inquit quodcũq; libuerit, dicere
» ausus est. Atq; primus tale periculũ se subiturũ pro- fitetur, ostendens se oĩa scire, & de quaq; re compo site se ex tẽpore posse dicere. Hæc Gorgiæ aduenisse ideo dicitur, quia a Prodico cio quædam oratio haud iniocũda conscripta est. Virtus & voluptas muliebri
» habitu exornatæ Herculem adierũt. Hæc fallaci & va
» rio. Illa vero vt obtigerat inculte Herculi adhuc adole
» scenti se offerunt. Altera ociũ & delitias, altera sitũ & labores. Talem igitur oĩm conditionẽ composita plu- rimũ oratiõe Prodicus audit, & lustratis ciuitatibus, allectisq; ad hæc Orphei & Thamyridis more hoĩbus, quia in vtilitatem adolescentũ ista docuerat, magnæ

authoritatis a Thebanis est habitus, & a Lacedæmonibus longe maioris. Gorgias in Prodicũ cauillatur, tanq̃ vetera & sępe dicta dicentẽ, hæc eadem se ex tẽpore tractaturũ. Ne inuidia quidem hic errauit. Erat Athenis quidã Chærephon, non quẽ Comœdia Buxeum appellabat. Ille eñ lucubratione nimia sanguine laborauit. Sed quẽ dico hic iniurius homo fuit, impudentissimeq; momordit. Iste igitur Chærephon, vt Gorgiæ studiũ carperet, Cur inquit, o Gorgia fabæ ventrẽ inflant, ignem vero minime. At ille interrogatione nequaq̃ cõmotus, hæc respondit, tibi considerandũ relinquo. Ego vero illud iamdiu sciui. Terram ideo in tales hoĩes edere ferulas. Cum Athenienses magnã Sophistis dicendi vehemẽtiam inesse viderẽt, eos iudiciis cõtinuo prohibuerũt, q̃ æquũ, pariter iniquũ miscerẽt, & iustitiã sæpe violarẽt. Quare Aeschines & Demosthenes eam certatim p̃ferebãt, nõ tanq̃ vituperationẽ, sed tanq̃ iudicibus bene prospectam. Priuatũ aut præclarũ quid suiipsius admirationẽ esse reputabãt. Demosthenes in Aeschinẽ hac apđ familiares sæpe gloriari, tanq̃ iudicũ suffragia ad id quod ipsi videbat̃ transferens ad Rhodios super his rebus, quas ignorãt nequaq̃ mittendus esse mihi videt̃, nisi ab Athenięsibus hęc diligẽter accipiat. Veteres igitur nõ modo nobiles clarosq; Rhetores, sed Philosophos vberrime enũtiantes Sophistas appellarunt. Vetustiores autem, de quibus dicere necesse est, quãuis non fuerunt reuera Sophistæ, sed visi sunt, ad hanc tamen appellationem accedunt.

EVDAXVS.

EVDAXVS GNYdius satis orationes in Acha-

demia cōmentatus, inter Sophistas annumeratus est partim orationis ornatū, partim bona orationis eruditione. Quare in Hellesponto, Propontide, Memphi & Aegypto, quę supra Mēphin, quā Aethiopia terminat, Sophistarū cognomie dignus est habitus. Et eorū quoq; iudicio sapientū, q ibi nudi erāt, & exercitati.

LEO.

LEO BYZantius adhuc iuuenis Platonē adiuit, & inter hoīes prodiens, & varietate orationis, & responsionis cōcinnitate Sophistæ appellationē adeptus est, Philippo eīm in Byzantios expeditionē parāte, dic mihi (inquit) o Philippe, quidnā passus hoc bellū inuisti. At illo respondēte, q eius amore patriæ ducebatur, quæ cæterarū erat pulcherrima ciuitatū, & propterea delitiarū suarū portas adiuerat. Continuo Leo suscipiēs, ita respondit. Quicūq; redamari digni sunt, » non cū gladiis delitiarū portas accedunt. Non eīm bel» licis instrumētis, sed musicis opus est amātibus. Atq; ita Byzātium liberatū est. Cum Demosthenes multa verba apud Atheniēses faceret, pauca vero Leo apud Philippum, & cum hic ipse ad Atheniēses orator mitteretur, q ciuitas multo tēpore ciuili seditione laborraret, & secundū hunc morē respub. gereretur, accersitus iste in senatū, hoc modo (quia pinguis hic erat, et protenso ventre) concitatissimū Atheniensibus risum concitauit. At hic risu nequaq; turbatus. Quid (inquit) ridetis Athenienses? fortasse qa pinguis ego »& tantus, est mihi mulier longe pinguior, & nos con»sentiētes vnicus capit lectulus, dissentientes vero nec »ipsa domus quidē. Quare in vnum Atheniensis populus hoc dicto cōuenit, a Leone reconciliatus. Qui

tos ex tempore sapienter erudiuit.

DIAS.

DIAS EPHesius fuit, Philosophiæ suæ fundamētum ex Academia visum est. Propter hoc Sophista nominatus. Nam cū Philippum videret græcis esse difficilem, in Asiaticam eum expeditionē conuertit, & in græcos hæc verba diffudit. Militanti opus esse præstare obsequium. Quandoquidem pulchrum esset seruire foris, & domi esse liberum.

CARNEADES.

CARNEADES ATHeniensis inter Sophistas scribitur. Philosophice enim mentē pręparauit, & orationis vim in præmagnam extendit grauitatem.

PHILOSTRATVS.

AEGYPTIVM PHilostratū cum Cleopatra regina philosophantē, & Sophistam appellatū, ego quoqꝫ vidi. Postq̃ Panegyricum, ac variū dicendi genus adeptus est, cū mulieribus versabat̄. Quia illa orationis amorē in delitiis habebat, Quare nōnulli in eum hoc Elegiacum concinunt, πανσόφου ὀργὴν ἔχε φιλοστράτου, ὃσ κλεοπάτρᾳ νῦν προσομιλήσας, τοῖος ἰδεῖν πέφανται.

THEOMNESTVS.

THEOMNEstum quoqꝫ Naucratitem publicę philosophantem, comprehensio in Sophistas euexit.

DION.

DIONEM Pruseūm (quoniam de eo dicere opus est) nequaq̃ in omni virtutū genere nouerim. Amaltheæ em̄ Cornucopię erat in dicendo, cū optimis optima dicta cōponens. At Demostenis, Platonisqꝫ voca-

litatem respiciens, quẽadmodũ Megades organis, ita Dioń cum vniuersa simplicitate, quod suũ erat, addebat. Optima in Dionis orationibus cõsuetudinis mistura erat. Cum e ciuitatibus, quæ iniuriis eum affecerãt, graues pœnas exacturus esset, ne mordax qui-
" dem, neq; iniucũdus illis fuit. Sed equorũ more, earũ
" iniuriam potius freno & flagello coercuit. Ciuitates
" optimis legibus munitas quicũq; instituisset, non eas extollere videbat, sed inuertere potius, tanq; si mutarentur, continuo perituras. Erat autẽ ipsi & alterius philosophiæ mos, neq; communis, neq; dissimulatus, sed grauiter cõpositus, & mãsuetudine magna, tanq; condimento cõmistus. Cum ad scribendũ historiam idoneus esse videretur, Getica ædidit. Etenim quãdo tanq; exul errabat, in Getas profectus est. Item Euboeæ, & Psitaci laudem, & quæcũq; non de magnis Dioni curæ fuerũt, ne parua quidẽ, sed Sophistica reputamus. Sophistæ eñ est huiusmodi rebus dare operam. Cum his tẽporibus esset, qbus Apollonius Tyaneus, & Euphrates Tyrius philosophabanẽ, familiariter vtriusq; vsus est, & si inter se dissentirent citra philosophiæ morẽ. Item viri transitũ in Geticas gentes, quia fugę nomine dignũ minime reputarũt, postq; ipse non fugere visus est, neq; peregrinari, quoniã manifeste licet, oculis & auribus se ipse subripuit, & diuersa in diuersa terra faciens. Romanã Tyrannidem extimuit, sub qua philosophia omis admodũ vexabatur. Quare plantando, fodiendoq;. Item balneis & hortis aquam hauriendo, & multa id genus propter victũ operatus, ne studere quidẽ potuit, sed duplici volumine ipse sua cõplexus est. Hoc autẽ erat & Phædõ Platonis, & Demosthenis oratio de legatiõe.

Hic dum castra frequẽtat, in quibus versari solebat, & milites vidit, qui Domitiani cæde in nouas res erũperant, instans periculũ conspiciens non dimisit, sed nudus altare insiluit, & tale carmen Homeri dicere cepit. ἀυτὰρ ὁ γυμνάσθη ῥακέων πολύμητις ὀδυσσεύσ. Et dicens sese ostendit, ꝙ non mẽdicus erat, neqꝫ is quem arbitrabantur. Quandoquidem sapiens Dion erat. Atqꝫ postq̃ ingenti spiritu Tyrannidẽ accusauit, continuo milites edocuit sapere longe melius esse, & ea facere, quæ Romano senatui viderẽtur. Talis autem veri persuasio non solũ animos militũ sedauit, sed eorum etiã, qui res græcorũ minime diligebant. Traianus igitur Imperator cũ aureo in curru sese cõposuisset, quo bellicas pompas principes mittere solebãt, ad Dionẽ cõuersus sæpe dicebat. Quid dicas, nescio, sed te non aliter, atqꝫ meipsum diligo. Orationũ Dionis imagines q̃maxime Sophisticæ sunt, in qbus etsi ipse simplex est, efficax tamen & iacenti similis.

FAVORINVS.

FAVORINVM Philosophum eloquẽtia inter Sophistas predicauit. Ex Arelatensi Gallorũ Hesperiæ ciuitate fuit. Quę Eridano fluuio eminet. Hermaphroditus natus est, & vtriusqꝫ sexus compos, quod sua species præferebat, quando senescens imberbis personã gerebat. Ostendebat idẽ voce acuta, tenui ac stridula, quemadmodũ Eunuchos natura componit. Itẽm in rebus amatoriis vsqꝫadeo callidus, vt adulteri causam e consule viro reciperet. Orta sibi cõtrouersia apud Adrianũ Imperatorẽ, nihil incõmodi passus est. Quare tanq̃ admirabilia hæc tria in vita sua vaticinatus est. Q. Gallus græce loqũeretur, ꝙ Eunuchus

adulterij causas ageret, q̄ Imperatori præstaret, & uiueret. Maiori eñ laudi erat Adriano si Imperator a socio superaret, quem interficere licebat. Nam tunc
» princeps superior est, cũ homini cedit inferiori, q̃ si
» ira superaret. Etenim maior est in hoc diui Impera-
» toris animus. q̃ si sine ratione sæuiret. melius nanq; est ex poetarũ opinionibus ista scripsisse, q̃ qui imperatorum mores bene scripserunt. Pontifex aũt domi
» patrimonio spoliatus, in his rebus, secundũ leges pro
» cedere visus est. Tanq̃ si se sacerdotia dignitate abdicasset, quoniã philosopus esset. Videns Imperatorem de se infestando aliquãdo cogitantẽ, eo q̄ minime philosopharetur, ita hoc modo præuenit. Quod mihi fuit insomnis Impator, hoc tibi dicere opus est. Dion præceptor astare mihi videbat̃, & iudicij me admonuit. Dicens nos non solũ nobis ipsis, sed patriæ quoq; esse natos. Suscipio ministerium Imperator, & meo pareo præceptori. Quare hoc accepto consilio, Sophistas & philosophos frequẽtans Imperator, impatorias sæpe curas illis exponebat. Atheniensibus cũ grauis videretur, concurrentes demum æneam viri statuam diruerunt, tanq̃ bellicosissimi principis. Q; vbi ille cognouit, neq; moleste tulit, neq; in eos irritatus est, a quibus graui iniuria fuerat affectus. Dicebat enim Socratem æneam quoq; statuam ab Atheniensibus fuisse mercatũ, & ab iisdem veneno potius sublatum fuisse, q̃ saginatũ. Herodi Sophistæ familiarissimus iste fuit, a quo sæpe magistri ac patris loco reputatus est. Et cum ad ipsum ille scriberet, hæc dicere solebat. Vbi ego te videbo? & os quãdoq; osculabor? Quare moriens Herodẽ reliquit hæredẽ, non modo librorũ, verũ & domus, atq; scurræ cuiuspiã, qui & Indus erat

mirũq; in modum niger, in Herodis atq; Fauorini io cis habitus. Quippe qui cõuiuantes eos referebat In dicis Attica miscẽs, & erranti lingua, ridiculos ædens barbarismos. Orta Fauorino cũ Palemone cõtrouer sia, Ephesiis sibi fauẽtibus in Ionia præfuit. Et postq; Palemonem Smyrna admirata est, hic Romæ nimis fuit approbatus. Patricij & patriciorũ filij, partim hũc partim illũ efferentes, ambitionis vtriusq; fuerũt au-
" ctores, qua magnũ certamen inter sapiẽtes quoq; vi-
" ros suscitari solet. Quæq; humanã naturam in insene
" scentẽ introducit gloriæ cupiditatẽ. Quare ambitiõis iure venia digni sunt. Verborum autẽ culpa minime carẽt, quæ inter se conserũt. Petulans eñ est ipsa mor dacitas, q̃uis forte vera sit, neq; de his dicẽtem pudor ipse dimiserit. Sophistã igitur Fauorinũ appellant, qa
" sat apposite demonstraret. Sed Sophistam dissentione
" certare sæpe cõtingit, quoniã ambitio, cuius ipse me- mini, propriæ artis æmulatores inuadit. At iocũde, sa pienter & abunde ad dicendũ linguam accõmodaue rat. Nam cũ facili copia dicendi, extẽporali oratione vsus esse dicitur. Quæ aũt ad hospitalitatem faciũt, ea neq; Fauorinũ considerasse, neq; cõspexisse putamus. Quãdo temulenti, imo furẽtis potius, hæc studia sunt adulescẽtis, partim turpiter quidq; agẽtis, partim gla- diatorios ludos, balneaq; curantis. At hos magis inge nuos, & bene compositos esse dixerimus, qui propria orõne sibi philosophanť. Ex quibus optimi fuere Py- ronij. Quos expetibiliores fuisse, haud difficulter iu- dicari potest. Fauorino igiť Romæ disputante, studio rum erant oĩa plena. Etenim quicũq; græcorũ, inepta voce præditi erant, hi nequaq; cum voluptate audie- banť. At illos optima vocalitate, & significãtia propo-

sitōis,ac līguæ deniq; Rythmo, Fauorin⁹ oblectabat. Alliciebat etiā eos reiteratio orōnis,quā illi odā appellāt,ego vero ambitionē,postq; supra demōstrata recinit. Dionē igitur audiuisse dicit,sed ab eo tantū defecit,q̄tum qui nunq̄ audiuerūt. Hæc igit̄ hactenus de his,qui in Sophistarū opiniōe philosophati sunt. Qui vere Sophistæ nominandi sunt,hi profecto fuere.

DE VERIS SOPHISTIS.

GORGIAS.

SICILIA Gorgiā in Leontinis ædidit,in quē tanq̄ in patrē,Sophistarū artem referendā esse ducimus. Si em̄ Aeschilū cōsideremus, & quō in Tragœdia multa cōposuit, ac veste pulpitoq; alto illā instruxit, & cæteris deniq; his rebus q̄ supra scenā, & sub scena agi debēt, idēm inter professores eiusdē artis de Gorgia dicere possumus. Quippe qui concitatæ orōnis,admirabilis vehemētiæ,& spūs autor fuit. Item magna magnifice interpretari, demissiones facere, & exaggerationes. Ex quibus quidē rebus suauis, & elata redditur oratio. Præterea poetica verba ad venustatē, & ornatum adiecit. Quemadmodū igitur facillime prompta oratione vsus est, a principio nobis dictū est. Dum apud Athenienses iam senescēs disputat, multis maximæ fuit admirationi. Sed ne mirū quidē,quando eloquētissimos quosq; iudicio meo suspensos ab ore tenere potuisset,vtputa Critiam & Alcibiadē adolescētes, & Thucydidem & Periclem ad seniū declinātes. Itē optimus quisq; poeta Tragicus. Quē Comœdia sapientē & disertū esse non ignorat, Iambicis vsq;quaq; Gorgiacis vtit̄. In grecorū Panegyricis vsq;adeo venustus est & decens, vt Pythicā orationē ex ara resonare vi-

deat. Ex quo aurũ in Pythij tẽplo reposuit, Olympica oratio, quæ pcellentissima reputat, apud eum versari visa est. Dissidentẽ græciã conspicatus, recõciliauit, reconciliatãq; cõuertit in barbaros, & in barbarorũ natione faciẽda suasit. Epitaphiũ quod ad Athenienses misit de his qui bello cecidere, tale dicit. Quos Athenienses publice cũ laudibus honorarũt, eosdẽ sapientia elatura componit. In Medos & Persas irritaturus Athenienses, & suã mentem in Olympicis exercitaturus, de Græcorum concordia nihil ipse disseruit. Ast vbi ad Athenienses ventũ est rerũ stupidos, quo quidem optato non potiri foret minime strenuũ, in laudandis Medorũ trophæis, ne parum qdem tẽporis contriuit, vt illis ostenderet, qd græca gesta aduersus barbaricas laudes, aduersus autẽ græcos lamẽta repeterent vltra centesimũ, & octauum annũ Gorgias vitã distulisse dicit, corpore non modo a senectute non deflexo, sed erecto quidem incessit, sensibusq; peruiguit.

PROTAGORAS.

PROTAGORas Abderites Democriti auditor, Sophista domi factus est, postq; Xerxes in græciã traiecit, cum Persarum Magis versatus est. Pater ei Mæander fuit, qui diuitiis instructus pmultis ex his qui in Thracia forent, cum Xerxem familiaritate ac muneribus excepisset, Magos licẽtiam puero huic inuenit. Non eñ Persarũ magi Persas instituũt, nisi rex imperauerit. Fateri se dubitare, siue dei sint, siue non, mihi tamẽ videt. Hoc Protagoras ex Persica disciplina prophane locutus. Magi eñ ariolant, quibus occulte operant. Ex manifesto, numinis opinionẽ definiunt, cum videri noluit ab eo quicq; fieri posse, Quare cẽs ter

ras sub Atheniensibus pererrauit, vt plerique iudicant. Vt aliquibus autem videtur ob calculū infestantē, ex Epiro in insulas trāsmissurus. Cum Atheniensiū naues obseruasset toto mari dispersas, paruo deinde nauigio nauigauit. Primus de disputāda mercede cogitauit. Primus negotiū nequaq; reprehensibile graecis
» tradidit. Nam quae sumptu per studiū comparamus,
» longe magis amamus q̄ ea quae gratis. Protagoram cum Plato nosceret venuste enuntiantē, & venustate sua supinū, & quandoq; plus aequo in orōne longiorem, eius dicendi genus longa fabula signauit.

HIPPIAS.

HIPPIAS Eleus fuit. Cuius hoc memorabile fert, q̄ ita valida senectute vsus est, vt audita sibi quinquaginta noīa, eodem modo, quo audiuerat, oīno cōmemoraret. In disputationē Geometriam, Astronomiā,
» Musicen & numeros introduxit. De pictura & scul-
» ptura disputauit, Sed haec alibi. In Lacedaemone ciuitates, Colonias, operaq; lustrauit. Postq; Lacedaemonij, quia rerū potiri voluerūt, tali genere gaudebant. Troicū Dialogū aedidit, cuius haec erat oratio. Nestor in excidio Troiano Neoptolemo Achillis filio ea supponebat, quae exerceri opus est, vt vir bonus aliquis esse videat. Legatione plurimorꝫ graecorū functus est Nec vbi tamē sui gloriā neq; concionādo, neq; disputando disseruit. Plurimū pecuniarum erogauit, & in paruarū, magnarūq; ciuitatum tribubus scriptus est. Aliud tēpus approbans, varia beneq; lucubrata oratione. Graeciam in Olympicis delectauit. Narratione demum non breuissima, sed exuberanti, ac verisimili vsus est. In paucis est poeticis vocabulis delectatus.

PRODICVS.

TANTVM sapientia nomē Prodicus Cius adeptus est, vt Xenophon, Grylli filius in Bœotia relegatus, disputātē audiuerit, corporisq; vadē statuerit. Cū legatus esset Athenas, profectus in senatū, vir cīm ex actissim⁹ est habitus, licet dissone grauiterq; loqueret. Nobiles a nouis, & qui obscuro gñe nati sunt, ita iue
„ stigauit, vt hac venatiōe multa sit nactus hospitia. Pe-
„ cunias exhausit, quas voluptatibus impēdit. Herculis
„ optionē vnā ex Prodici orōnibus, cuius a principio fecimus mētionē, non mō dignā Xenophon reputauit, sed interptatus est. Verū quia Prodici linguā vltra signamus, cū eam Xenophon ad unguē descripserit.

POLVS.

„
„ POLVM Acragantiū Sophistā Gorgias non sine multa, vt aiūt, pecunia exercitauit. Quādo Polus fuit ipse ditissimus. Sūt qui dicāt, hunc primū æquātia cōtraria, & similiter desinētia inuenisse. Sed ne recte q̄dem id asserūt, quia tali splēdore orōnis abusus est, cū nō īuenerit. Quare Plato eū in hac ambitiōe respuēs, o optime inqt Pole, vt secundū te, ipse te alloquar.

TRASYMACHVS.

TRasymachū Carthaginēsem īter Sophistas qcūq; describūt, Platoni nequaq; obseq visi sunt. Qui eū in mordēdo calūniādoq; leonē fuisse fatet̄, p̄seferētis em̄ delatoriā artē ista sūt, & calūniatoris sp̄i i foro ꝟsantis.

ANTIPHON.

RAMNVSIVM Antiphontē, an bonū an malum dici oporteat, haud facile neueri. In his em̄ bonus ap-

pellādus eſt, exercitui ſæpiſſime pſuit, vicitq́; ſæpiſſi-
me. Onerariis ſexagita nauib⁹ Atheniēſibus nauale
auxit. In dicēdo conſulēdove exactiſſimus hoīm viſus
eſt. Propter hæc igiř mihi laude dignus eſt habitus. A-
lioqn iccirco malus iure cēſendus, quia Athenienſem
Democratiā ipſe diſſoluit, & populū in ſeruitutē aſſe-
ruit. Obſcure a pricipio, poſtremo aperte laconizare
videř. Atheniēſiū igiř negotiis Tyrānorꝫ populū adiu
uit. Rhetoricen Antiphōta, quæ nō extet, īueniſſe di-
cūt. Pleriq́; vero inuentā auxiſſe. Nōnulli per ſe ſapi-
entē, pars a pře factū eſſe referūt. Patrē illi Sophilū fu
iſſe memorāt rhetoricæ facultatis pceptorē. Hic alios
ex his qui in ptāte ſiti ſunt, & pſertim Clunię filiū edo
cuit. Poſtq́; pſuadēdi copiā aſſecutus eſt Antiphon, &
Neſtor appellatus, qa de quaq́; re dicēdo oīa facile ſua
deret. Alacres auſcultatiōes pfeſſus eſt, q̄d null⁹ dolor
amantū foret ita grauis, quē non e mente exploderet
Antiphontis Comœdia, grauia iudicia, orōnesq́; ad-
uerſus æquū iuſtumq́; cōpoſitas mordet, q̄d his multi
vendi ſolent, qui maxime periclitātur. Quo ingenio
fuerit, oſtendā. Scd'm diuerſas profecto diſciplinas &
artes, in harꝫ quaq́; viros pſtātiſſimos exiſtiare ſolent.
E medicis admirant, maxie præcellētes. In Muſica &
diuinādi arte ſapientiorē. Itidē in fabrilib⁹, ſordidiſq́;
artibus qui præſtēt, his ſuffragia ferūt. Rhetoricē lau-
dāt. Cratorem tñ ſuſpicanť, tanq́; efficacē & auarū, &
aduerſus iuſtū arte cōpoſitū. Quare nō ſolū multi, ſed
ſtudioſorū eloquētiſſimi hoc modo de arte cognoſcūt.
Graues Rhetores vocāt, exacte cōgrediētes, exacteq́;
exponētes. Neq́; pdarꝫ cognomē quęſtui ponunt. Cū
tali is īgenio fuerit, haud īdecorē eſſe puto. Antiphon
tis Cōmœdiæ fuiſſe rationē ea maxime rephendētis,

quæ sui orōne digna. Dionysio igit Tyrāno impante, in Sicilia mortuꝰ est, sed causas suæ mortis Antiphōti magis ꝙ Dionysio ascribemus. Dionysij nāq; Tragœdias deprauauit, in qbus ille magis sapere, ꝙ in Tyrānide visus est. Nam cū æris pstātiæ ille studeret, psentesq; interrogaret. Quæ cōtinēs insula vel optimū æs ferret. Cū in hunc sermonē incidisset Antiphon, ego inqt optimū apud Athenienses esse scio. Ex quo Harmodij, et Aristogitonis statuæ cōflatę sunt. Hac igitur rōne cæsus est, quia Dionysiū oculte carpsisset, & siculos in eū concitasset. Errauit Antiphon, primū ꝙ Tyrannū lęserit, sub quo viuere magis optauit, ꝙ demi a pplo gubernari. Deinde cū Siculos liberaret, & Athenięses in seruitutē asseruisset, & a fingēdis tragœdiis Dionysiū reuocasset, ipm quoq; a desidia reuocauit, quādo desidiosa solēt esse studia. Tyrāni aut subiectis
" potiores, magis remissi sint ꝙ intēti. Nā si remiserint,
" minus interficiūt, minus quoq; efficiūt rapiūtq;. Ty-
" rānus tragœdiis incūbens ægrotāti medico cōparat,
" sibiq; medēti. Fabulæ em̄ & concētus, nūeriq; chororꝫ
" Itē morū imitatio, quorꝫ nō mediocris vsus nobis ap-
" paret, Tyrānos veluti medicinæ morbos ab elatiōe &
violētia remouēt. Hęc aūt non accusationē Antiphontis, sed erga oēs consiliū esse putamus, ne Tyrānos accusent, neue crudeles mores concitēt in furorē. Orationes eius in iudiciali gñe fuere plures, in qbus cōcitatio affectuū, & quicqd ex arte puenit, magis incūbit quā cōponat. Sophistici ꝗq; alij fuerūt, sed hic in concordia lōge magis, in quo sniæ cum splēdore dictæ insunt, & Philosophi. Item venusta enūtiatio quæ poeticis verbis florida facta est, & multa alia lōge expressa hortisq; expolitissimis perꝙ similia.

CRITIAS.

CRITIAS Sophista etsi populũ destruxerit Atheniensem, mime tñ oĩno malus habẽdus est. Nam ꝙuis sub ipso populus fuerit attritus, Ita tñ mox reconciliatus est, vt nullis ex lege dominãtibus obtẽperaret. elegãter Laconice sæpe sic locut⁹ est. Prode sacra, & propter Lisandrũ muroꝝ fundamẽta iace. Quos ex Atheniẽsibus resistendũ suscitauit e græcia exegit, Laconiã
" cũ edicens bellũ oĩbus iminere. Et si qs fugientẽ Athe
" niẽsem exceperit, impietate ac homicidio triginta Tyrãnos superasse iudicet. Detestabile cõsiliũ cum Lacedæmoniis iniuit, q̃d Attica quæ viroꝝ armẽta quondã pascere dicebat, iã exhausta foret. Qua quidẽ in reꝗ̃m, qui a scelere nomẽ acceperũt, scelestissimus mihi videt. Quippe qui tantũ indoctus in ista subduct⁹ est, præualuitq; nõnulloꝝ sermo, q eũ a Thessalia eiusq; cõsuetudine coinqnatũ fuisse dicũt. Sed mores ita indocti, in vitæ electione, ne oĩno quidẽ inducẽdi sunt. At vbi optimis disciplinis imbutus est. Sñias hic plurimas ædidit. Cũ in tripodẽ se retulisset, vbi Solon Atheniensibus ꝑerat, apud multos causam referre non recusauit, ꝙ nulla ingenij malignitate peccasset. Illud quoq; absurdũ, Socratẽ Sophronisci filiũ, quo cũ vna philosophatus erat, nõ fuisse limitatũ. Quẽ impie sapientissimũ, iustissimũq; iudicarat. Et se potius Thessalorũ, ꝙ illius sancti viri similẽ præstitisse. Apud q̃s insolẽtię, intẽperantiæ, Itẽ Tyrãnidi & ebrietati studuisset. Ne Thessali quidẽ sapiẽtiæ incũbebant, sed paruæ maxieq; Thessaliæ ciuitates Gorgiã Leontinũ respicientes, Gorgiacã orationẽ vsq; quaq; sectabant. Nunc in Critiæ eloquentiã se trãstulerũt. Si quã ingenij sui

ostentatione apud eos Critia quãdoq; fecisset. Quando hic exercitatiõe admodum delectabat, graues illis vel minimos dominatus effecit. Cũ apud eius ꝓuinciæ optimates disputaret, oẽmq; populare potentiã carperet, Atheniẽses præ cęteris errãtes, q; cõmemoranti sibi talia credidissent, grauiter accusabat. Si Critias in Thessaliã venit, Thessalos potius corrupit, q̃ Thessali Critiã. Mortuus est igit̃ sub Trasibuli stipatorib⁹, qui populũ a fuga reuocauit. Nõnullis nequaq̃ vir malus in morte fuisse videt̃, postq̃ demũ funesta Tyrannide vsus est. At mihi cõtra nemo pulchre mori sub his vi-
" sus est, cum quibus nõ recte versatus fuerit. Quas ob
" res viri sapiẽtia & consilia mĩme grecis studuisse visa
" sunt. Nam q̃uis oratio mores plerũq; non fatet̃, a lingua tñ videmur aliena loqui, queãdmodũ tibia canẽtes. Genus orõnis Critiæ fuit sentẽtiarꝝ grauitate, & sapiẽtia præditũ. In venusta orõne erat exactissimus. Quã quidẽ venustatẽ non Dithyrãbis ĩtonabat, neq; ad poetica verba cõfugiebat, sed vocabulis maxĩe propriis cõponebat, et vt natura postulabat. Video nanq; hoĩem dicẽti breuitate loquentẽ, moresq; ĩ defensiõe grauissime mordentẽ. Itẽ neq; male, neq; eneruate Attica lingua differentẽ. In Attica em̃ barbarũ esse, inso-
" lẽtis est & inexperti. Sicut em̃ aurorę radij, ita Attica
" verba in orõne relucẽt. Critiæ cura est disiũcta loco ꝓ-
" ponere. Itẽ ꝑter opinionẽ Enthimema disponere, mirabilitq; enũtiare. Critię certamẽ est. Orõnis spũs sępe defectior. Præterea Zephiri aura leuis & suauis.

ISOCRATES.

SIREN Isocratis Sophistæ ori ꝓminẽs, quasi canẽs institit, & hoĩes rhetorices ꝑsuasionis accusauit, quã

rhetoricis legibus,moribusq; composuerat. Aequata cõtraria,similiterq; desinẽtia non primus inuenit,sed vsus est inuẽtis, Periboles numeri compositionis, & plausus curiosissimus fuit. Et hoc ipsum quãdoq; Demosthenis linguam accusauit. Quippe qui discipulus Isæi,& æmulator Isocratis effectus,eum anĩo Epiphora,Peribole,& verborũ,suarũq; celeritate superauit. Venustas quoq; Demosthenis suasibilior. Cõtra Isocratis dedicatior & suauior. Demosthenicæ grauitatis ponimus exẽplum. Omnibus inquit hoĩbus mors est vitæ terminus, & si eam coercẽs in carcere seruet.
» Bonos aũt viros bona spe fretos,oĩa semper bona ag-
» gredi oportet. Contra vero generoso animo tolerare
» quodcũq; deus attulerit. Isocrates ita suã venustatem exornat. Terra eũ vniuersa sub mũdo iacẽte in duas partes diuisa,& hęc quidẽ Asia, Illa vero Europa vocatæ, ex cõpositis mediũ accepit. Vtputa tributã Ioui regionẽ. In policitis igitur desidiosus fuit,atq; defectu vocis & inuidia Atheniensiũ. Itaq; his qui altero quid melius dixerãt in Atheniensi rep. aduersabat̃, a concione recessit. Neq; tamẽ a cõmunibus rebus studiũ reuocauit. Philippum eũ his quę ad eũ scripserat, Atheniensibus æquiorem reddidit. Et per ea quæ de pace conscripsit Atheniensiũ animos a mari diuertit, tanq̃ in eo male audiẽtes. Panegyrica huic fuit oratio, quã in Olympicis recitauit,Græcisq; suasit,vt quiescentibus domi criminibus, expeditionẽ in Asiam cõpararent. Hæc igitur q̃uis pulcherrima orationũ, causam tamẽ ostendit, q̃d ex his quæ a Gorgia diligentissime dicta sunt,adiecit. Optima aũt lucubrationũ Isocratis Archidamus,& Amartyrus inscribit̃. Huius eũ prudentiã prosequit̃, dũ Lacedæmoniis res gestas in Leu

tricis refert. Cuius nō accurata solū verba, sed cōposi tio perspicua. Oratio ita sollicita, vt & furiosam eius partē, & qđ de Hercule dicit, & bobus cū con sideratia enumerarit. Amartyrus robur in nūeros cōglutinatū oñdit. Sēsum em̄ ex sensu in Periodos terminat æqui mēbres. Huius aūt viri auditores fuere multi. Ex his eloquētissimus rhetor Hyperides. Theopompū Chiū, Cumæūq; Ephorū neq; calūnia, neq; admiratiōe affe cerim. Qui a Comœdia putāt Isocratē morderi, tanq̃ Tibicinarij fabri filiū, Aedepol aberrant. Si quidē pa- ter eius Theodor⁹ fuit. Quē Atheniensiū tibicinariū vocant. Iste neq; tibias facere, neq; in sordidis artibus aliud quicq̃, neq; in olympicis. Si quid e tenuibus ar tibus operatus esset, statuā sortitus est. Cen tesimū cir citer annū nactus Athenis extremū vitæ diē obiuit. Ex his qui in bello cæsi sunt, hūc vnū esse reputamus. Nam postea quæ apud Chironiam facta sunt, erroris Atheniensiū auscultationem tolerare non potuit.

AESCHINES.

DE AESCHine Atrometi filio, quem Sophisticæ artis, quæ secūda fuit, principatū tenuisse dixim⁹, hęc considerare opus est. Atheniensiū resp. duplici factio ne laborauit. Nā alteri regi sese gratificabant̃, & Ma- cedonibus alteri. vnā Peanicus Demosthenes foue- bat ex his qui regi gratificari studebāt. Ex his qui Phi lippum respiciebāt Aeschines Cothocides erat, pecu- nia his ab vtroq; mittebat̃. Rex per Athenienses Phi- lippum exercebat, ne in Asiam traiiceret. Contra Phi lippus Atheniensiū vires, tanq̃ traiectionis impedi- mētum, soluere conabat̃. Quare ab Aeschine & De- mosthene vterq; seditionē auspicatur, & hinc alter al-

teri regi negotiabať. Hoc ex contrariis moribus, meo iudicio, prouenire videť. Ex contrariis nanq; inter se moribus odiū oritur, ne aliam quidem causam habet. Propter hæc igiť inuicē diffidebant. Aeschines enim
" potator iucūdus & solutus videbatur, & totū id gra-
" tiæ ex Dionysio hauserat. Nam sub minus grauiter suspirātibus, adulescētiæ tēporis chorum deplorauit. Contra hic sobrius videbatur, & supercilio grauis, aquamq; bibebat. Quare inter difficiles & morosos, vel multo maior scriptus est. Postquā ad Philippum vterq; legatus missus est, diuerso ingenio, hi fuere collegæ. Hic in agenda legatiōe diffusus videbatur, & iucundus. Hic vero difficilis ac semper studiosus. Sermo qui de Philippi famulatu intercessit, discordiā eis intēdit. Quādo Demosthenes e sermone excidit. Aeschines, cum aspidem vterq; non respiceret. Quod gestum est in Tamynis, quo Athenienses Bœotas superarūt, cōmemorauit. Quare ab eo publice coronatus est, & in aliis quoq; victoriæ nūtiis temeritati pcipiti vsus est. Cum Demosthenes eū accusaret, tanq; Phocice perturbationis auctorē, Athenienses causam cognouerūt. Et Antiphontē de stulto contra decernentem iudices ceperunt, & ex Ariopago adegerunt, ut sibi de sacerdote in Delo cōsentiret, Pytagorasq; promulgatus nequaq; ad multos perfugit, quod in Elathia Philippum non præfecerit placidis sententiis, & verbis, Pyleam conturbaturus nullo imperio fugæ adactus Aeschines, sed ignominia ductus, qua suffragiis cadens Demostheni Cthesiphōtiq; succubuerat, se clā Athenis eripuit. Primo impetu ad Alexādrum peregrinari statuit, Babylone ac Susis agentē. Cum Ephesū appulisset, & Alexādri mortē accepisset, nego

tiis Asiæ circũuentus, Rhodi subſtitit. Quãdo insula erat ad studendũ apta,& Sophiſtarum ſchola ibi cele- berrima vbi vitã egit,ocio & muſis incũbens,& Atti- ca Doricis moribus imiſcẽs. Cum oratione per ſe eru ditã diuina quadã copia diſpoſuiſſet,primus hanc lau dem tulit. Diuina eñ oratio in Sophiſtarũ gymnaſio nullo modo verſaẽ. Ab Aeſchine igiẽ diuino quodam numine afflato, pinde atq; ab his qui cœleſti ſpũ per- citi oracula reddũt, talis oratio ſumpſit initiũ. Plato- nis et Iſocratis factus auditor,ex ingenio multa p hos adiecit.In orõne elegantia & ſplendor. Itẽ delicata ve nuſtas,& magna cũ grauitate iocũditas,Hoc dicendi genus lõge melius q̃ imitatiõe ſubduci.Ex orõnibus Aeſchinis,vt pleriq; opinanẽ, quarta oratio,quæ De- liaca inſcribiẽ,eius linguã oĩno mentiẽ.Orationẽ etiã circa Amphiſſam,q̃bus Cirrhæa dedicaẽ, neq; diluci- de,neq; accurate diſpoſuit.Cũ Athenienſibus,vt De- moſthenes inquit,male cõſuleret,in orõnibus aũt De liacis, in q̃bus de ſermone diuino, de genere Deorũ, deq; antiquorũ oratione tractaẽ, ita concitate rẽ legit & corã Atheniẽſibus decertauit,vt an e ſacerdote De liaco caderet,ne parui quidẽ momẽti eſſe reputarent. In tribus vero orõnibus Aeſchinis lingua definiẽ. In orõne contra Timarchũ,in defenſione legatiõis,& in accuſatiõe Ctheſiphõtis.Quarta eius lucubratio ſunt epiſtolæ,ne multæ q̃dem ꝓcacitatis,tamẽ linguæ mo- riſq; plenæ. In morali orõne ſe Rhodiis pulcherrime oſtentauit.Nam cũ orationẽ in Cthesiphontẽ publice quãdoq; legeret. Et admirarẽtur illi quomodo in tali oratione ſuccubuerit, Athenienſeſq; carperent, ille tunc nulla vos(inquit)admiratio teneret, ſi Demo- ſthenem contra orantem audiuiſſetis. Vbi non modo

inimici laudem constituit, sed iudices quoq; accu-satione liberauit.

NICETES.

NOS Aribarzanem Cilicem, & Xenophontẽ Siculũ, item Pythagorã Cyrenaicum ptermittentes, qui neq; nouisse, neq; nota exposuisse visi sunt. Sed nobiliũ Sophistarũ inopia, sub eis græcis studere cogebantur. Quẽadmodũ annonę charitate adacti sępe hoĩes, ordeo vtunt. At Nicetem Smyrneum accedem⁹. Hic em̃ sciẽtiã in angustũ redactam accipiens, ei aditus lõge clariores dedit, quibus ipse in Smyrna eguit. Cũ supra Ephesum portis ciuitatẽ coniunxit, & per magnitudinẽ facta verbis æquauit. Vir enim iste melius Iudicialia iudicialibus, & Sophistica sophisticis mira dexteritate & certatim vtraq; coartasse visus est. Iudiciale nanq; Sophistica quadã comprehensione exornauit. Contra vero Sophisticum, iudiciali firmamẽto corroborauit. Hoc aũt dicendi genus ab antiquo Politicoq; descendit, Bachicoq; Dithyrambo perq̃ simile. Sentẽtias proprias & admirabiles, non secus atq; bacchantium Thyrsi mel & examina lactis ędidit. Cũ magnus haberet, neq; Smyrna ipsum veluti virũ admirabilẽ, Rhetoremq; præstantẽ aduocaret, ne vlla qdem admiratione in populũ affectus est. Immo cũ causas apud multos ageret. Timeo inquit magis populũ ex-
„ tollẽtem q̃ mordentẽ. Cum Telonus aduersus eũ in
„ iudicio aliquid quãdoq; auderet, & subinde diceret, vt oblatrare desineret, multo vrbanius Nicetes profecto respondit. Tu quoq; mordere desine. Impatorio iussu, Alpes & Rhenũ peregrinatus est. Cuius quidẽ peregrinatiõis hęc causa fuit. Præfectus cui nomẽ Ruffus

erat,Smyrneos aspere morosecꝫ regebat.Cui Nicetes aduersatus,Vale inquit.Necꝫ amplius iudicantē adiuit.Hic aūt eo tempore quo vni ciuitati prꝺfuit,nullo modo hæc grauia æquo animo ferenda putauit.Cum Celtica castra curaret, pristinæ iracundiæ recordatus est. Quādo successus & alia prosperitatis genera homines efferūt, & non earū tolerantia rerū, quas ante fœlicitatē humana rōne tolerabat. Ad Neruā imperatorem multa grauiter,et perniciose de Nicete scribit.

» Cui Impator ista rn̄dit,reū audi et si nocentē inuene-

» ris,ex eo supplicia sumito.Hęc Nerua scribebat nō vt Nicetē publicaret,sed vt Ruffū ad veniā pararet.Ruffus tn̄ talem virū sub eo natū necꝫ interficere,necꝫ alium quenquā dedere ausus esset, ne a quo inimici Iudex cōstitut⁹ fuerat,Impatori grauis videret̃.Propter hæc igit̃ per Rhenū & celtas Nicetes iter fecit,ad se defendendū veniēs,tanto stupore Ruffum affecit,vt plurimū supra Nicetē lachrymarꝫ effuderit. Reputās per q̄s aquas ad se penetrauerit.Cū eum non mō illesum sed Smyrneis æmulatorib⁹ circūspectū dimisit.Heraclides Licius nōnullis post tēporibus Sophista sat bn̄ castigat⁹,hunc virū Nicetē depurgatū inscripsit. Sed cū Pigmea colosso īposuit frugū primitias ignorauit.

ISAEVS.

ISAEVS Sophista Assyrius adulescētię tēpus voluptatibus impēdit. Siquidē a vētre & ebrietate superabat̃.Tenuia vestimēta induebat,& fere frequētius, eacꝫ aperte ferebat. Inter viros ꝑdiens,sic aliquid sæpe mutabat, vt alter ab altero videret̃. Cum ridiculosum se euasurū reputaret, sententiā personācꝫ dimisit. Cū Lyræ tibiarūcꝫ sonus nondū scenæ obtigisset,

Lydia sagulorumq; infecturas & mensas coercuit, & amare intermisit, tanq; si priores oculos permutasset. Rhetore igit. Ardio cum interrogante, si qua sibi pulchra videret. Nimis modeste Isęus profecto respondit
" se oculorũ morbo (inquiens) iam laborare desiisse. In
" terrogãte ipsum altero quis optimus pisciũ, alitumq;
inter obsonia foret. Hæc Isęus inquit desine dilig ẽter
" attẽdere. In excrementorũ horto, cum Tantalo veni.
" Sæpe etiã percontanti talia demõstrauit, oẽs profecto
" voluptates vmbras esse & somnia. Cũ Dionysius Milesius eius esset auditor, & cum canendo declamaret, Ionicũ adulescentẽ eum esse dicebat. ego autẽ te canere nequaq; docui. Cum Ionicus apud ipm adulescentulus admiraret, q de Xerxe. Niceti magnifice dictũ est. Q; regia videlicet naui, Aegina circumduximus. Tunc Isęus in risum late profusus, stulte (inquit) quonã modo afficeris. Ne extẽporales quidẽ declamationes egit, sed ab aurora in meridiẽ vsq;quaq; cogitatas genus orõnis exercuit, neq; circumspectũ nimis, neq; aridũ, sed q superabundãtia careret, et vt natura postulat, rebus satisfaceret, easq; breuiter exponeret, ac vniuersam deniq; causam breuiter cõprehenderet. Isęi inuẽtio, quemadmodũ in pluribus aliis, ita in his maxime apparet. Cum Lacedæmoniis cm contẽdens de muro decernẽtibus, Homeri carmĩe sic breuiter locutus est. Clypeus cũ clypeo certat, & cũ cimice cimex,
" & cũ viro vir. Ita instate Lacedæmonij, & muro mu
" niamur. Cum Pythona Byzantiũ accusaret, tanq; ex oraculo ꝑditionis alligandũ. Qua quidẽ proditione Philippus castra mouit. Totã controuersiã tribus sententiis cõplexus est. In his inquit tribus mea dicta versant. Pythonẽ proditorẽ Deo vaticinãti, populo ligãti,

& Philippo castra mouenti accusabo. Alter enim oraculum non dedisset, nisi quis esset. Alter non ligasset, nisi talis esset. Tertius non castra mouisset, nisi per quem venerat, non inuenisset.

SCOPELIANVS.

DE SCOpeliano Sophista differendũ est, sed prius illi mordendi sunt, qui ei detrahere conant̃. Sophistarũ nanq; circulo eum indignũ esse reputãt. Quem Dithyrambicũ incastigatũ & crassum appellant. Hæc de isto dicũt, qui in dicendo graciles sunt, & languidi, atq; nihil ex tẽpore ꝓnuntiantes. Homines eñ suapte
" natura inuidẽt, Magnos eñ parui calumniant̃, formo
" sosq; deformes. Item leues & veloces, tardi & loripe
" des, præterea audaces timidi & lyricos a musis alieni,
" Atletes in exercitati. Neq; mirari opus est, si qui lin
" gua impediti & muta voce prædit eã respicientes & nihil magni sentiẽtes, neq; alij sentienti cõsentientes, hoiem grecorũ promptissima, audacissima, maximaq; exponentẽ respuũt, improbantq;. Quemadmodũ igitur virũ ignorauerint, & qualis ipsi, domusq; forma fuerit, ostendã. Pontifex Asiæ fuit ipse, suiq; progenitores, & omnes a patre nati, & corona non mediocri super diuitias, Ecce gemini nascunt̃, & ambo iisdem linteolis obstringebant̃, cum mittendi essent fulmine concutit̃ alter, alter vero cũ concusso simul iacens, ne vllum quidẽ in sensu nocumentũ passus est. At fulminum ignis ita grauis est, & sulfureus, vt in eadẽ valle hos per stuporẽ interficiat, his vero auditũ, lumenq; eripiat. Nõnulli vero fulmine mẽte attoniti, stupidiq; reddunt̃. Sed nihil horũ Scopelianus passus est. In ꝓfundã enim senectutẽ intẽpestiuus & ĩteger ipse per

uenit. Hoc aũt vnde mirer tibi ostẽdere velim. In Lemno sub maxima quercu, messores octo cœnabant, qui quidẽ locus insulæ cornu appellat̃, vbi portus inflexi cornu speciẽ præfert. Cum quercus a nube magna circumuenta foret, cõtinuo demisso fulmine, illa de cœlo tãgitur. Messores stupore attoniti, prout quisq; forte operabat̃, ita occubuit. Hic em̃ poculũ efferens, hic vero bibens, hic lauans, hic aũt comedens, desyderati & nigri om̃es, non secus atq; statuariorũ æra in feruentissima officina, anĩas amiserũt. Hic aũt quid haud impiũ nutriebat̃, vt mortẽ e fulmine iminentem q̃ duri agriculæ euitare nequiuerũt, ipse fugeret, illesisq; sensibus & mẽte promptus, & somno potẽtior maneret. oĩs enim languor sibi aberat, obticẽdi facultatẽ. Nicetem Smyrnæum dilucide declamentem, multoq; plus spiritus in iudiciis emittentẽ adiuit. Cum aũt Clausomenij indigerẽt, vt declamationes domi suæ fierent, easq; plurimũ profuturas reputarent, si vir talis eos domi erudiret, hoc certe haud incõcinne recusauit, dicẽs. In cauea minime canere Philomenã, tanq̃ nemus aliquod vocalitatis suæ Smyrnã reputauit, & sonoritatem ibi q̃ dignissimã iudicauit. Sicut em̃ inter organa Megas, ita Smyrna vniuersa Ionia Musęo nimiũ ciuilis effecta, ordinẽ continet integriorẽ causæ, quibus pater ex leni & mansueto ei difficilis factus est. Non modo aliquæ, sed plures pluresq; dicuntur. Ego vero quod verissimũ est, referã. Post Scopeliani matrem alterã mulierem semigamiã quidem, & illegitimam senex ille duxit. Hic aũt talia videns admonuit adegitq;. Quod quidem intẽpestiuis, iniucundũ. Hæc rursus aduersus eum fabulam composuit, quod eam amaret, & eius errorẽ minime toleraret. Quinetiam

& cocus senis famulus, cui Cythero cognomē erat, calumnias cōmentat᷑, vt tanꝗ in comico actu dño assentaret᷑. Et his vtitur verbis filius. O dñe te oīno vult interficere, neq; inopinatā, & multo post tempore futurā mortē senectuti tuæ daturus est, sed ipse autor tendit insidias. Immo manus meas ad patrandū facinus, venena in te perniciosissima cōparauit. Quorū quæ maxīe presentaneū me tuis obsoniis imponere iubet. Libertatē, agros, domū, pecunias, & quodcunq; domi tuæ habere velim, obtēperanti mihi pollicet᷑. Abnuēti vero, verbera, tormēta, crassos cōpedes, grauē κύφονα. His aūt assentationibus dominū circūuenit, qui propediē moriturus cum sua disponeret, ab eo scribit᷑ hæres, & filius, oculus, & oīs anima appellat᷑. Neq; id admirari opus est. Postꝗ senem amantē allexit, & per ætatē, & per amorē æque delicantē. Ex iunioribus eīn amātibus nemo est suę mentis cōpos. Quia Scopeliani iuuentute, forensiq; vigore potentior videbat᷑, si de legatis cum eo certaret, & aduersus illius vehementiam, illius quoq; diuitias intēderet. Item rē familiarem exhauriret, ac pecuniarū exuberātia oēs simul linguas, iudicūq; suffragia mercaret᷑. Victoriam oīno referre sperabat. Quare Scopelianus, quæ Anaxagoræ sunt pecudū, quæ vero sua, seruorum pascua esse dicebat. Cytherus illustris in ciuitate factus, iam consenescens, vidensq; se opibus obnoxiū, & sat tibiq; despectum, & ab eo viro plagis affectū, a quo creditas pecunias repetebat, supra domū Scopelianum adiuit, obliuionē iniuriarū, & iram adesse dicens, se patris domū accepisse, & partē domus quæ magna erat ei dimissurum pollicet᷑, ne minus ingenue in ciuitate versetur. Item agros duos maritimos concessurū. Quin eīa in

hunc vsq; diem pars domus, vbi habitauit, Cytheri æ-
" des appellant. Hæc aũt ne ignorent. Iccirco dicta sunt,
" vt oĩbus extet, homines non solũ dei, sed inter se mu-
tuo esse ludos. Scopeliano in Smyrna studente ne ma
gnũ quidem fuit in eam Ionas, Lydos, Cares, Meoni-
as, Aeoliasq;. Item ex Mysia & Phrygia græcos cõue-
nisse. Quandoquidẽ iste gentibus proximus erat adi
tus. Quippe quę opportunitas maris, & terræ portas
habebat. Iste Capadocas, Assyrios, Aegyptios, Phœni
ces. Item Achiuorum approbatissimos, & vniuersam
Atheniensiũ iuuẽtutem induxit. Ocij & negligentiæ
opinionẽ in multos effudit. Postq̃ ante tẽpus exercita
tionis, pro finibus Smyrneorũ in rep. versabatur. Per
spicuo quoq;, & magnanimo ingenio abutebatur, &
" parꝝ interdiu studebat. Vigilãtissimus aũt mox hoĩm
" factus nox dicebat. Tu enim plurimũ diuinæ parti-
" ceps es sapientiæ. Eam eñ suarũ lucubrationũ coope
" ratricẽ effecerat. A prima eñ vigilia noctis vsq; in ve
sperã studium intẽdere dicebat. In omni poematũ ge
nere profecit, Tragœdias ædidit, cũ præceptoris sono
ritate decertans. Hinc nimia admiratiõe Nicetes affi-
ciebatur. Homericos impetus in orationẽ transfere-
bat, e Sophistis maxĩe cum Gorgia Leontino versa-
tus est. Et cum his quoq; Rhetoribus, qui splendorem
haberẽt. Plus gratiæ habuit q̃ meditatiõis, Ionicis eñ
accõmodatũ est vrbanitate vti, & ridiculis orationes
aspergere. Triste eñ & incognitũ est, & iniucũdum.
Sæpe in populũ soluta persona prodibat, & prȩsertim
" cum iratus erat, concionẽ habiturus. Aspectus clari-
" tate transfixum populũ dimittebat. In iudicijs aũt sibi
" mos erat, neq; pecuniã amare, neq; maledicentiã. Pri-
" mum eñ se ipse instruebat, neq; sub frigidis rebus eũ

„ tentarent. Hoĩes sermone mordaces, qui maledicẽdo
„ animũ se ostentare arbitrant̃, temulentas vetulas, ra-
„ bidasq; vocabat. Declamatiões quęstu agitauit. Nam
alius alij quęstus est, veluti se quisq; domi habet. Pro-
dibat in publicũ non vt superbus, vel cõmotus, neq;
timidus, sed vt pro sua gloria certantẽ, & se errare mi-
nime timentẽ prodire par est. A subsellio delicate di-
sputabat. Cum rectus dissereb at cõuersionẽ, robur ha
bebat oratio. Neq; intus neq; in turbã respiciebat, sed
tanq; ad breue tẽpus exiens, recẽtia cuncta pronũtia-
bat. Inerat ei sonoritas & vox haud iniucũda, Et sese
quãdoq; cum auditoribus suscitãs sibi femur deplecte
„ bat. Ad exornandũ coloribus orationẽ, & ad dicendũ
„ in vtrãq; partẽ, optimus erat. Itaq; multo admirabili-
or in vigore causarũ, & longe magis si Medorũ cau-
sas, quibus Darij & Xerxe inerant, declamasset. Has
ẽm iste prae cęteris Sophistis optime egisse. Quinetiã
exponere scientibus tradidisse visus est. In illis enim
diligentiã & in barbaris moribus leuitatem dissimu-
lauit. In illis etiã causis tanq; bacchatus, concuti dice-
bat̃. Et dicente quodã se circa Palemona timpanizare,
Scopelianus tali cauillatiõe captus, timpanizo inqt,
„ sed Aiacis scuto. Regales eius legationes multae. Sed
„ quaedã bona fortuna hũc legationẽ agentẽ secuta est,
atq; optima illa quae de vitibus. Non ẽm solũ a Smyr-
neis, qui vt plurimũ, sed ab vniuersa simul Asia lega-
tus missus est. Legationis sententiã ostẽdam. Vineas
Asiae non esse habendas regi videbat̃, quinetiam qui
plantatae sunt, euellendas esse, neq; in posterũ de viti-
bus quicq; esse plantandũ, postq; in vino seditionẽ agi
tare videbant̃. Legationi cõmuni viro opus erat, qui
tanq; Orpheus, Thamyrisq; super his oblectare debe

ret.Scopelianũ igitur omes eligunt.Hic autẽ vt ex superabundãtia legationẽ roboraret. Veluti non solum adhoc redire putãs,vt plantare liceat,sed multa quoq̧ non plãtantibus imponere. Hoc modo cõtrouersiam de vitibus approbauit. Dicta quidẽ ostendit. Oratio in his perq̧ admirabilis. Hęc oratione demonstrauit. Dona eñ esset assecutus,quę a rege tribuunt.Item cognominationes multas & laudes.Splendida nanq̧ sapientiæ cupida cum Iouiã secuta fuerat. Post vbi venit Athenas Atticus Herodis Sophistæ pater hospitio recepit. Quippe qui magis hunc in arte Rhetorica,q̧ Gorgiam quandoq̧ Thessali admirabant.Quicunq̧ olim Rhetorũ interpretes erant, eos in vestibulo domus, non secus atq̧ si sibi filium cõtemerassent, lapidibus peti iussit. Adolescens tunc erat Herodes, & adhuc sub paterna potestate viuebat. Cum rogaretur vt ex tempore declamaret, nequaq̧ audebat,neq̧ in id vsq̧ tẽpus cum Scopeliano versatus est.Neq̧ ex temporalitatis impetum noscebat. Quare sibi haud ignota fuit peregrinatio viri,postq̧ eum docentẽ audiuit,& ex tempore sua verba & sensa disponentem, ab eo non parũ instructus, & confirmatus est. Quin etiã cum patre permissurũ intelligeret secundũ hospitis Ideam declamauit. Pater eum imitatione dignum reputauit.filio quingẽta talenta, & quindecim Scopeliano dedit.Hic autẽ quod pater ex domo sua totidem Scopeliano superaddidit.Item pręceptorẽ suum appellauit. Hoc autẽ hospiti, versante Herode, fontibusq̧ Pactoli fuit longe suauius.Quã igitur in legatiõe fortunatus fuit,hinc coniectare licet.Smyrnei eñ pro rebus suis legato indigebant, & maximarũ rerum,erat ipsa legatio. Consenuerat iste, neq̧ peregrinationem

amplius tolerare poterat. Polemone qui nondum ta-le munus obiuerat. Quare pro bona fortuna oraturus Scopeliani eloquētia indigere videbatur. Quem cum in concione circumuenisset, da mihi inquit tuis armis armari, quæ me similem reddant, vt Achillis arma Patroclum. Perurbanum quidem a Palemone dictum. Item Apolonius Tyaneus, qui humanum genus sapientia superauit, Scopelianum inter viros admirabiles statuit.

DIONYSIVS.

DIONYSius Milesius, siue vt pleriq; dicūt ex nobilissimis parētibus natus fuerit, siue vt nōnulli ex ingenuis, id ex parte dimittat. Quandoquidē virtus familiā illustrauit. Nam ad maiorū gloriam confugere, eorū profecto est, qui suorū tantum laudē venerātur. Cum Isæi auditor esset viri, vt aiebat, suapte natura eloquētis, hoc satis expoliuit, & ante hoc bonū sententiarū suauitatē adeptus esset, non vt pleriq; Sophistarum in voluptate, ebrietate, versabat, sed apud familiares dicens eas se ponebat. Quia summo digito & non concaua manu mel prælibare opus est. Quemadmodū in oībus quæ ab his dicta sunt. Dionysiū dialecticū, morali, legitimoq; certamine multū valuisse manifestū est. Ita vel maxime in Cheroniæ lamētatione. Nam cum Demosthenē in senatu post Cheroniam lamentationē inducentē percurrisset insuauē orationis venā ipse desiit. O Cheronia perniciosus ager. Et rursus o transfuga ad Barbaros. Bœotia suspiria, suspiria ducite aduersus terrā Heroes. Prope Platęas victi sumus. Et rursus in iudicialibus cū de expositione Archadica loquit̄, forum belli cōpositū est, & Græcorum

mala nutrit Archadia, & bellum nullā causam habens nos circūuenit. Talis aūt in vniuersum Dionysij erat Idea, per quā sibi Isæi more tēpus consyderās, quę meditationis sunt, vltro accurrebāt. Rumor de Dionysio dictus, qui tanq̃ Chaldæorū artib9 discipulos memoriæ facultatē edocebat. Vnde ꝓuenerit, ostendā. Memoriæ artes neq; sunt, neq; fuerunt. Artes ēm memoria dedit. Ipsa vero ne vlla quidē arte cōprehendi po
„ test. Siquidē est peculiare naturæ donū, vel immorta
„ lis aniæ pars. Non ēm quandoq; mortalia reputātur
„ humana, neq; edocta discimus, si memoria cū hominibus ipsa versat̃. Quam siue matrē, siue filiā temporis, appellare opus est, iam ne a poetis quidē dissentire videbimur. Adhæc quis ita in suā gloriā ignauus inter sapientē annumeratus, vt tanq̃ præstigiator inter adolescentes ea crimineť, quæ recte didicerit. Vnde igiť audientibus hæc memorię vis quæ Dionysij sunt inexplebilē afferunt voluptatē, et postq̃ dimissa sunt, cū maxima auditorū delectatione se repeti sæpe coegerunt. Qui aūt ex iuuenibus dociliore sunt igenio, cuius sentētiis facile informauere, & exercitatiōe magis enūtiant, q̃ mente concipiant. Vnde memoratiui nuncupātur, tanq̃ id arte didicerint. Quare pleriq; agitati, Dionysij declamatiōes verboꝝ fata esse dicunt. Vt puta vbi breuiter locutus est, ibi aliud alij adiiciūt. Magnus igiť ab illis ciuitatibus reputatus, quæcūq; sapientiā eius admirabanť. Maximus aūt ab Imperatore iudicatus, Adrianus ēm eum humiliū gentium Satrapam designauit. Item inter viros equestris ordinis, & eos qui in Musæo cōmessantur, publice numerauit, Musæum ēm Aegyptia mensa est, quæ ex omni terrarū orbe eloquētissimos quosq; viros cōuocauit.

Cum plurimas ciuitates adiisset,& cum gentibus di-
uersorũ morum versaretur, nimiumq; amaretur, neq; in-
solentẽ causam ipse suscepit, vt modestissimus & dili-
gens videretur. Qui aũt Dionysio imponunt Araspam
Panthiæ amatorẽ, Dionysij profecto numeros igno-
rant, ignorãtq; aliam interpretationẽ, & artis Enthi-
mematon experiẽtia carent. Non eñ Dionysij est lu-
cubratio ista, sed Celeris, artis huiuscæ scriptoris. Ce-
ler eñ iste impatoriarũ epistolarũ bonus pfectus, ex-
ercitatiõe nequaq; abutens, adolescentiæ tẽpore, Dio
nysio aduersatus est. Neq; illa mihi ptermittẽda sunt,
quod Aristeus Græcorũ antiquissimus eorũ qui apd'
me sunt, ista audiuerit, & de Sophistis plurima noue-
rit. Dionysius in magno gloriæ splendore consenuit.
Mox Polemon Dionysio nullo modo notus effloruit
Sardis peregrinatur, vt cum centũuirali iudicio, quo
Lydia gubernatur, causam ageret. Cum Dionysius Sar
dis vesperi aduẽtasset, Dorionẽ iudicem rogauit. Dic
mihi (inquit) Dorion, est ne hic Polemon. At Dorion,
vir (inquit) Lydorũ ditissimus in arte admittendi pa-
trimonij periculũ adductus e Smyrna duũ talẽtorum
mercede Polemonẽ conduxit, & cras in causam pero-
rabit. Ad hæc quale lucrũ dixisti, si mihi auscultaueris
q; etiã nondũ in eius experientiã præuenerim Pole-
monis. Esto venit Dorion inquit adulescẽs magnum
nomẽ adeptus, vt euerteret. At dormire nõ permittit
Dionysius inquit, immo in saltũ cor, mentẽq; ducet.
„Cogitanti & vt multi laudatores eius affirmant, hos e
„nouẽ fontibus scaturire videt, qui linguã vlnis, veluti
„Nili inundationẽ, metiunt. Tu autẽ mihi hanc dimit-
tito sollicitudinẽ, si quid plus minusve dictũ fuerit in
me vel illo attẽdito. Dorion modestissime respondẽs

" id ipse inquit Dionysi in te vel illo melius iudicabis?
" Tu em̃ ea sapientia prædítus es, vt teipsum noscas, &
" aliũ non ignores. Dionysius eũ in iudicio disceptantẽ audiuit, & inde abiens robur (inquit) habet Athleta iste, sed non a palæstra. Hæc vt Polemon accepit, ad Dionysij cõtinuo ianuã properauit, vt ei declamationem indiceret, et nõ sine decore cũ eo decertaret. Qui cum venisset humeris innitens, non secus atq; illi, qui
" palæstram in stadio inituri sunt, perurbane despexit.
" Fuerũt inquit, fuerũt fortes quãdoq; Milesij, & viro-
" rum illustriũ & tota terra sepulchrũ. Dionysij statura in nobilissima Epheso sita est, ipse vero in foro iuxta Ephesi locũ, vbi iussit, sepultus est. Primã infantiæ vitam in Lesbo degit.

LOLLIANVS.

LOLLIAnus Ephesius, primus Athenis in subsellio prçsedit, & Atheniensi populo in expeditiõe præfuit. Hæc em̃ præfectura designatũ eum ad bellũ eduxit. Nunc escam & fori cibaria curat. Cum tumultus de vẽdendo pane orireť, & Atheniẽses de eo annonæ præficiendo cogitarent, Pancratius Cynicus, qui post hæc in Istmo philosophatus est, ad Athenienses veni-
" ens, non est Lollianus, inquit, panis venditor, sed ver-
" borũ. Quibus quidẽ verbis, ita Athenienses in seditionem conuertit, vt lapides qui præ manibus erant, in eum iacerẽt. Annona ex Thessalia aducta, cum pecuniæ publicæ non extarẽt, suis familiaribus symbolum persuasit, collatã pecuniã congessit. Quod quidẽ viri fuit perq; magnifici, & in rebus pij, valde sapientis. Illud aũt iusti quidẽ, & beneuoli. Nã pecunias, vt mercedem obsequio referret, collatoribus reddidit. Arti-

ficiosissimus, prudētissimusq; hic videbat̃ esse Sophista. Cum Epichirematicũ in artificiosa excogitatione sitũ satis elaboraret, abunde eloqueret̃, intelligēda intelligeret, nihilq; superuacaneũ instrueret, orõnis aũt suæ splendores corruscationis more repente micãdo, desinebãt. Quod quidē etsi in oĩbus, in his tamē plurimum extat. Nam cũ Leptinē legis accusaret, postq; ex Ponto frumentũ Atheniensibus deuehebat̃, sic vehementiã suscitauit. Os Ponti lege clausum est, & Atheniensiũ annonã pauca prohibēt prælia. Et hoc Lisander nauali bello potēs, Leptinesq; legislator præstare potest. Cum Atheniensibus pecuniarꝝ inopia de vendēdis insulis decernētibus intercederet. Sic spũm concepit. Solue o Neptune supra Delon gratiã, & illi venditæ cõcede fugã. Isæi more erudite eloquebat̃, cuius olĩ fuerat auditor. Mercedes generosas vēdebat. Consuetudĩes nõ declamatorias, sed p̄ceptorias adhibebat Duas Athenis statuas sortit⁹ est, alterã in foro, in breui nemore alterã. Quod quidē ipse plantasse dicit̃.

MARCVS.

NE BYZantium quidē Sophistam Marcũ omiserim, cuius gratia, quãuis a gręcis cederet, si qualis fuit talem ostenderē, nullo pacto gloriã iste suã sortietur. Marci profecto genus, in priscũ Byrrantē refertur. Pater eodē nomine appellatus, multos per mare negotiantes apud sacellum famulos habuit. Quod quidē est iuxta Ponti fretum. Præceptor eius Isæus factus est, a quo natura duce eloquentiã accepit, ornata et decora mãsuetudine præditã. Ideæ Marci Sparciates accomodatissimũ exhibuit exemplũ, qui ne nudos a iugulatione venientes reciperent, Lacedæmoniis cõsuluit. In

›› hac eñ causa principatũ obtinuit vir Lacedæmonius,
›› qui ad senectutẽ vsq; scutũ seruauit, ne temere q̃dem hos nudos interfecit. Quis autẽ in his disputatiõibus fuerit, & qualis vir, ex his concipere licet. Nam cũ de Sophistarũ arte dispiceret, & q̃ multa & varia sit, edoceret, in exemplũ orationis, Irin effinxit, & sic a disputatiõe sumpsit initiũ. Qui Irim suspicit, miretur. Qui aũt multis colorib⁹ diuersam intuet̃, longe magis admiratur. Verũ enimuero, qui Alcinoo stoico disputatione istam tribuũt, genere orationis aberrant, immo sunt a veritate penitus alieni, quando hoĩm sunt iniustiss. qui Sophistã & propria auferunt. Superciliorum vero mos, & personæ cõsensus Marcũ Sophistã ostendit. Semper eñ mente aliquid cogitabat, & se in contentiosa declinatiõe exercebat. Hoc oculorũ statu posuit, Marcanas sentẽtias multa cõglutinantiũ, & ipse quoq; confessus est. Interrogãte quodam e sociis, quo modo se heri exercuisset, in mea orõne digne respondit, in familiarib⁹ minus. Cum responsionẽ admiraretur, ego inquit Marcus, etiã operosa vtar taciturnitate. Duę & tres super vnã me causam sollicitant, quam in cõmuni certamine agito. Genas & comã sordidam habuit, quare vir agrestis & situ obsitus, multis esse videbat̃. Hoc Polemon apđ eum passus est. Nam cum clarus esset, Polemonis gymnasiũ adiuit. Cum cõcurrentes in auditorio cõsedissent, quidã eum agnoscens prope mansit, & q̃ Sophista Byzantius esset, oĩbus patefecit, quare Polemone causas petente, oẽs in Marcũ vt aliquid proponeret, cõuersi sunt. Cum Polemon diceret, quid in rusticũ oculum intẽditis. Nullam enim iste dabit causam. Marcus vocẽ execrans, & vt solebat torue respiciens, proponã, inquit, & declamabo, vnde

Polemon incipiens, & dorica orõne congrediẽs, multa & magna in virum disseruit, & ex tẽpore mirabilia protulit. Cum igit̃ declamasset, declamãtemq́ hoĩem audiuisset, & admiratus est ipse, & aliis quoq́ admirationẽ incussit. Posthæc cum Marcus Megarã venisset, Byzantiũq́ incoleret, aduersus Athenienses acerrimis sententiis Megarẽses sæuiebant, q́ tabella in se scripta, ipsos ad parua Pythia veniẽtes nõ receperint. Vbi cum in mediũ Marcus venisset, ita Megarẽsium animũ composuit, vt aperiẽdas domos, & Atheniẽses cũ liberis & vxoribus recipiẽdos esse p̃suaserit. Hunc demũ Adrianus Imperator, ad augẽdas virtutes, oĩm cumulatissimus imperatorũ Byzantiis præfecit.

POLEMON.


POLEmon Sophista neq́ Smyrneus (vt multi opinãtur) neq́ Phryx fuit, vt nõnulli putant. Sed Laodicia Cariæ ciuitas, eum tulit Lyco fluuio vicina. Item mediterranea, & maritimarũ ciuitatum potẽtissima fuit. Hæc igit̃ domus est Polemonis, multiq́ eum præsules, multæq́ ciuitates amarũt. Præsertim Smyrna. Nam cũ ab adolescentia hoĩes aliquid in eo magnum inspicerent, oẽs quas domi coronas habebãt, in Polemonis caput congerebãt ei admodũ suffragãtes, quia talia doni genera expetibilia esse solebant. Viro huic & posteris datũ est Adriani olympia p̃constituere, & sacræ triremi intẽdi præesse. Nouẽdinali nanq́ mẽse altissima nauis in forũ mittebat̃, quam Dionysĳ sacerdos æque ac gubernator, cum funẽ erat e littore solutura, dirigebat. Cũ Smyrnæ studia profiteret̃, non paruo illi fuit adiumẽto. Primũ enim cũ in eam populosissimã ciuitatem, vt ex continẽte & ex insulis, non la-

ſciua,necꝙ fluxa, ſed delecta & pura iuuetus conflue-
ret,dedit operã vt ciuitas vrbaniſſima videreť. Dein-
de vt in concordia degeret, ab omni ſeditione aliena.
Nam antehac inteſtina factiõe Smyrna laborauerat,
& montani cũ maritimis diſſidebant. Quare ciuitate
dignus exiſtimatus eſt. Et cum ſenio ad imperatores
proficiſceretᷓ,de optimis quibusꝙ moribus ſemper di
ſceptauit. Adrianũ ad Epheſios declinantẽ, in Smyr-
neorũ fauorẽ vſꝙadeo traduxit, vt vno die mille Mi-
riadas ex illorũ ciuitate exhauſerit. Ex quibus empo-
ria annonę,& gymnaſiũ in Aſia pręclariſſimũ erexit.
Item tẽplum in montis iugo ſitũ longiſſimi ꝓſpectus.
Qđ quidẽ contra Mimanta ſtare videť. Hic præterea
errata publice obiurgabat, & qui plurimũ ſaperent,
adiuuabat. Iniuriã ſimul,oẽmꝙ ſuperbiam, eo magis
extirpabat,quo magis ab Ionicis moribꝰ videreť alie-
na. Quinetiã illud perutile inſtituit. Pœnas delictorꝶ
quæ inuicẽ fieri ſolent,non exilio, ſed domi pecunia-
rias pendi cẽſuit. Adulterorũ vero ſupplicia & ſacrile
gorũ. Item homicidarꝶ,qui temere rem perpetraſſent,
nõ ære exigi,ſed a Smyrna,eos extorres agi iuſſit. Iu-
dicis eñ hęc egent gladiũ habentis. cauſæ quas ex plu
ribus habebat, ſicut impedimẽta virũ iter agentẽ, ita
hæ Polemonẽ ſequebanť. Multi enim equi,multiꝙ cli
entes,& multa deniꝙ ac varia canũ multitudo,diuer
ſas feras iueſtigantiũ. Ipſe aũt in Argyrochalini Phry
gij Celticiue iugũ tranſiuit,ac Smyrnæ famã pręſtitit.
Ciuitatẽ enim forũ & magnifica ædificantiũ ſtructu-
ra. Item exultiſſimæ ædes illuſtrãt. Neꝙ ſolũ ciuitas
viro nomẽ affert,verumetiã a viro ſæpe nomen acce-
pit. Inſpecta lauticia ſuã domũ admiratus eſt, & quo-
niã poterat,non paruo reipub. fuit adiumẽto. Hæc ab

Imperatoribus sibi concessa sunt. A Traiano impera-
tore transitus, terra, mariq; imunis. Ab Adriano inde
oĩbus quoq; suis posteris. Quinetiã in Musæi circulo,
ab eo annumeratus & in mẽsam Aegyptiacam admis
sus est. Cum Romæ quinq; et viginti Miriadas pete-
ret, ac neq; diceret, quomodo opus erat, neq; exordire
tur, vt daret oẽm pecuniã. Adrianus satis superq; de-
dit. Repente ad eum Smyrnæ Antoninus impator,
epistolã ita compositã misit. Polemon pecuniarũ a me
vobis traditarũ mihi rationẽ reddebat, hæc si quis ve-
niã dixerit, ne ipse quidẽ veniam in pecuniis, neq; in
cæteris virtutibus præstantia prorsus inueniet. Cum
Athenis Olympion recensuisset annorũ pene qngen
torũ curriculo peractũ, Imperator tanq; magnũ tem-
poris præmiũ dicaturus Polemonẽ præcinẽdo sacro-
rum hymnos curare iussit. Hic aũt vt solebat in pręsen
tes sententia oculos intẽdens, orationẽ aggreditur, &
a templi principio, multa admiratiõe digna, post ini-
tum exordium, ita copiose disseruit, vt ne vehemẽtia
quidẽ sua diuino quodã furore carere videret. Impe-
rator dum sceptrũ tradit, & e mortali refert iter deos,
Antoninũ filium huiuscemodi cessiõe sibi cõciliauit.
Hoc aũt quale fuerit, ostendere opus est. Imperauit
vniuersæ simul Asiæ Antoninus, & domi Polemo-
nis desedit, ratus illam Smyrnensiũ esse optimam, &
optimi quoq; viri domiciliũ. Polemon vero nocte a
peregrinatiõe rediens, apud fores exclamat q rebus
suis inhibitus, grauia peteret, & Antoninũ subinde
alteram domũ mutare coegit. Quæ cũ Imperator co-
gnouisset, & de his nihil interrogasset, ne qua sæuitia
vteretur, sed posthæc reputãs mansueta sæpe ingenia
a proximis, sępe & criminari & irritari, secũ Palemo-

nem coniũxit, & ita coniũxit, vt in regendo sæpe im-
" perio diceret. Polemon Sophista consultor meus hu-
" iuscæ mihi sententiæ auctor fuit, quinetiã dandę ve-
" niæ gratiã copiosam, tanq̃ benemerendi fecit. Adhæc
cum Antoninus Smyrnæ cesset, sæpe in Polemonem,
ne quo modo ab eo explosus esse videret, perurbane
iocatus est, & vnum quemq̃ ibi honoribus affecit, vt
quasi vltro ꝑmitteret, se factum esse iniuriarũ imme-
morẽ. Id quoq̃ est ab eo non insulse dictũ. Nam Pole-
monẽ Romam profectũ cõueniens Antoninus, date
inquit Polemoni sedẽ, vt ne quis cũ eiiciat cũ minus
Tragœdiæ ab Olympiis, quæ in Asia celebrabantur,
quibus Polemon præerat. Sed immissum esse diceret
& abactus initio explosum eum continuo Imperator
præcontatẽ, quonã tempore e scena foret eiectus. Et re
" spondẽte illo, sub meridie. Vrbanissime Impator adie
" cit, & me quoq̃ sub mediã noctem, & ne obstiti qui-
dem. Impatoris ista quidẽ mansueti & superbi viri ha
bent argumentũ. Polemon eñ tanta insolentia vteba
tur, vt cũ ciuibus, tanq̃ præstans, cum principibus, vt
nequaq̃ inferior, cum diis, vt æqualis disputare vide
retur. Nam cum Atheniẽsibus extemporalẽ dicendi
copiam ostẽtare vellet, quãdo primũ venit Athenas,
nõ ab vrbis laudibus fecit initiũ, quæ cũ tot sint, quis
eas enarrauerit. Neq̃ de sua gloria ample locutus est,
quæ quidẽ Idea Sophistis in demõstratiuo genere ad-
modũ opitulatur. Sed quia bene nouerat Athenien-
" sium ingenia magis inspici q̃ efferri oportere, ita dis-
" seruit. Vos fama est Athenienses sapientes esse oratio
" num auditores. Cum vir qui ab Bosphoro incepit, &
vniuersam Græcoꝝ disciplinã, secundũ historiam Io-
niæ concinnauit, cum Smyrnã venisset non solum se

inter famulātes cōstituit, sed cum frequēti consuetudine indigeret, eam hucusq; distulit, quousq; principem adegit, vt decem talenta fœnore accepta sibi e foribus emitteret. Et vt apud Pergamū articulari morbo ęgrotaret, in sacello requieuit. Cui cū Asclepius persuasisset, vt frigido potu abstineret, optime Polemo inquies si obtēperaueris. Hoc aūt magnanimitatis & prudentiæ gen⁹, a Philosopho Thimocrate cōtraxit, cui quatuor annis in Ioniā eunti, comitatū præstitit. Neq; ab surdū est Thimocratē ostēdere, fuit eñ ex Ponto vir iste, patria vero Heraclia a gręcis decantata, a principio medicinā philosophatus est. Bene Hypocratis & Democriti opiniones nouit, sed cū Euphratē Tyrium audiuisset, plenis velis in illius philosophiā diuertit. Ita plus æquo subiracundus erat, vt disputanti sibi in barba pili, & in capite crines concitatissimi more leonis, assurgerēt. Item lingua huic erat facilis, vehemēs & prompta. Quare hic Polemoni q̄maxime dignus visus est, quādo talem orōnis illationē amauit. Timocrati igitur controuersia cum Scopeliano interceden te, quod se ipse σώπῃ παρατιλτρίαν edidicerit. Et cum Smyrnea iuuētus duplici cōsuetudine dissideret, Polemon vtrunq; audiuit & Timocratis partes sectatus est, eumq; suæ linguæ patrē appellauit. Cum de orōnibus in Fauorinū se apud eum excusaret, puerorū more, præceptorū flagra reformidantiū, se verecūde, humiliterq; submisit. Et cum se submisisset, reliquū tempus, cū Scopeliano versatus est, & a Smyrneis nō sine plausu legatus electus est. Vt tanq; Achillis arma, illius quoq; persuasionē repeteret. Quinti etiā Herodis Atheniensis partim inferiorꝝ, partim vero superiorū consuetudinē frequētauit. Quæ quidē oīa, quo modo



sese habuerint, mox ostendere mīme recusarim, quan do pulchra sunt & cōmemoratione digna. Extemporalē oratione Herodes magis amauit, q̄ si aut consul, aut e cōsulibus vnus esse videret. Cum Polemonem non cognosceret, Smyrnā venit. His tēporibus in viri potestatē, quibus ipsa respub. dirigebat. Mox ambiens hoīem salutat & osculat, & quando te pater audiemus, inquit, putauit eū auscultationē dilaturum. Quādo cum tali viro facere periculū, se admodū hæsitare diceret, ac sic nihil differetis, hodie inquit audiar, & eamus. Quod cum audiuisset Herodes ex tempore (inquit) virū linguam & scientiā habere versatiles. Hęc igitur hoīs audaciā, sapientiāq; ostendūt, qua quidē ad stuporē vsus est. Illa vero modestiā & ornatum. Venientē enim ad ostētationē Herodem cū longa, præclaraq; laude eloquētiæ, rerūq; gestarū eius ad misit. Viri scenā, qua ad declamatiōes vtebat, ex vna Herodis epistolarū, quæ ad barbarū inscribunt, discere licet. Et hinc ipse ostendā, diffusa confidētiq; persona, ita ostentationes adiuit, & corruptis articulis cōntinuo redegit. Causas in genere cogitauit, & in concionem breui tempore prodiens. Vox erat ei tenuis & acuta, plausus mirabilis, qualis lingua finitur, e sede in causarū vigorem eum exiluisse dicebat Herodes. Item tātum ei affluere concitatiōis in tornāda Periodo, in omibus mēbrum nihil triste dicti demonstrans, cursu ferri, & non Heroico quidē minus equo, in causarū locis saltare & lasciuire videretur. Primā eius vt iudicantes, Secundā vt amātes audiuerūt, tribus diebus conuictas esse, si causas in quibus versatus est, rescribit Herodes. Fuit igitur prima qua Demosthenes agitat talenta largitiōis quinquaginta negās. Quam

cum Alexander hæc e Darij rationibus Athenienſi-bus miſiſſet, in eum Demades īduxit. Altera vero de dirutis Græcorum trophæis, pacato Peloponeſſiacō bello. Tertia deniq; cauſarum Athenienſes in capræ fluuiis in populos cōmouit. Quamobrem quidā cum Miriadas pro audientiæ mercede ſe miſſurū eum di-cebat, & non admittēte ſe, deſpici putari. Munatium quoq; Creticum, qui e Trallibus erat, cōuiuā ſuum o Herodes dixiſſe. Videt̄ hercle mihi Polemon quinq; & vigīti Miriadas ſomniaſſe, & adhuc reputare ſe mi nus habere. Proinde ne tot omiſeris, decē addidiſſe ſe dixit Herodes, & Polemonē recuperātis more prom-pte cepiſſe. Polemoni Herodes neq; in eloquētię oſtē-tationē peruēturus, neq; ſecū decertaturus eſſe viſus eſt. Item Smyrna exigi non vi aliqua coactus. Teme-rarium em̄ vi affici extimabat. Aliud tēpus, Polemo-nem laudando peregit, & certamē ſuper oēm admira tionē admiratus eſt. Nam cum apud Athenienſes de Trophæis cauſam egiſſet, & concita orōnis redundā-tia, admirationē ingentē ſuſcitaſſet. Polemonis (inqt) declamationē recognoſcite, & audite virū. Cum in o-lympicis Græcia ſibi exclamaſſet, alter es Demoſthe-nes, certe inquit Phryx ſum, Polemonē ita cognoīans. Poſtq; Phrygiæ Laodicea eſt adiuncta, & interrogāte Imperatore. Quid tibi videt̄ Polemon. Iſte equorum mihi īquit velociū ſtrepitus circūtonat aures. Per hoc plaudentē, & altam orōnis ſonoritatē oſtendēs. Cum a barbaro conſule rogaret̄, quibus nam p̄ceptoribus vſus eſſet, ab alio atq; alio inqt, eruditus ſum. Sub Po lemone quoq; ſtudiū, ſe quoq; Polemon Dionem au-diuiſſe dicebat, & propter ea in Bithyniam peregre ſuiſſe profectū. Quę proſæ ſunt orōnis humeris. Quę

vero poeticæ, plaustris Polemon efferri oportere dicebat. Cum honor ex his nō mediocris Polemoni tribueretur, & de tēplorum, eorūq; iudicibus Smyrna litigaret. Cōmunem quidē arbitrum Polemonē ad vitæ finē iam inclinantē designauit. Postq; in vehemēti iudicū peregrinatiōe vita defunctus est, ciuitas ad alios cōmunes arbitros puenit. Qui cū in regio iudicio, orationē male disponerent, in Smyrneos causidicos Imperator ipse respiciēs. Num Polemon qdem (inquit) cōmunis arbiter tale certamē vobis ędidisset. Nempe nō inquiunt, si de Sophista loqueris. Ad hæc Impator æque igit (inquit) et orationē aliquā de iudicibus conscripsisset, et qualia de me agens, talia quidē de talibus Aeque, respondēs, Imperator quidē nobis videre contigit. Quinetiā si iudicio dilationē imperator concessisset, & ius differretur ipso recognoscēte. Pro eius recognitiōe impator ipse decernebat. Horruit Smyrna dum vixit. Nunc vt Polemon ipse resurgeret, oēs exclamāt. Postq; ex eloquentissimorū virorū non solum studiose dicta, memoriaq; digna, sed quæ ad disciplinas pertinēt, hactenus dicta sunt, nūc vrbanos quoq; sales Polemonis scribēdos esse cēsuimus, ne ptermissi esse videant. Adolescentē Ionicū supra mores Ionū e-
„ ducauerat, quē graues diuitiæ perditū fecerāt, vt illis
„ accidere solet, qui intēperatis ingeniis, perniciosum præceptorem sortiuntur. Adolescenti nomen Varus erat. Hic lasciuia inquinatus, vt pulchrorū foret pulcherrimus, & maximus procerū. Item & Athletarum generosissimus, artificiosissimusq;, neq; si ad cantū se quando cōuertisset, haud iniucūde suæ Musæ forent, idipsum sibi persuasit. His quoq; similia & de Sophista reputauit illorum linguas æquare, si quandoq;

declamaret. Declamauit enim & plerique mutuati sunt ab eo pecunias. Sed postquam non obtẽperarunt, neque in auditoriũ ipse venit, difficilis factus est adulescẽs, promisit formas quæ fori sunt, literæ indictã causam non respondẽti enuntiarunt. Quare cũ Polemonẽ accusarent, tanquam difficilẽ & inuerecundũ, si pſens ab eo non repeteret, & ab adolescente fructũ caperet, quamuis beniuolo nutu illis assentiret, illud tamẽ minime præstitit. Immo his auditis eũ arguit, et in auditorio e cõspectu fugit. At vbi in crepusculũ et serum vsque tẽpus ipsi declamatio prorogatur, & nullus orõnis portus aparet, quando Solæcismorũ & barbarismorũ contrarietatũque plena erant oĩa, sublatis manibus Polemon exiluit. Atque vade (inquit) fer typos & fori literas. Siccariũ multis criminibus captũ in vincula coniiciẽte Proconsule, & se dubitare fatẽte quæ fuerit digna facinorũ pœna. Sub ipso adueniẽs Polemon, iube (inquit) eũ ipsum antiqua ediscere. Eteni Sophista plurimũ edoctus iste. Postquam laboriosissimũ in exercitatiõe discere reputauit, vidẽs gladiatorẽ sudore fluentẽ, & in certamine de vna for-
" midãtem. Ita inquit solicitatur & fluctuat dicturus ora-
" tor. Cum in Sophistã Alandas Mænidas, parcaque obsonia coemẽtẽ incidisset. O vir optime (inquit) neque Darij, neque Xerxis prudẽtia est, pulchre denegare simulauit talia comedẽti. Dicente apud eũ Timocrate Philosopho loquacissimũ quod esse Fauorinũ. Vrbanissime Polemon inquit, & oĩs anus eius spẽm Eunucho cõsimilẽ cauillatur. Cum Tragœdiæ pugil in Olympiis, quæ apud Smyrnã agebantur, O Iuppiter exclamasset,
" manu terrã ostendẽs, Et o terra, in cœlũ erigens, e cer-
" taminibus eũ continue exegit dicẽs. Hic manu solæ-
" cismũ fecit, ne plura de his ageret. Sed iam satis hæc

viri gratiã oſtendũt. In orõne Polemonis Idea calida eſt & ſolicita, atq; olympicæ tubæ more ſculpturã habet. Demoſthenicæ hanc addecẽt ſentẽtiæ, venuſtasq; nõ humilis, quæ ſplẽdida eſt, & Apollinis quaſi tripode inſpirata. Detrahũt pleriq; homini, qui eũ intentiones optime ſapientũ, depulſiones vero min⁹ tractaſſe aſſerunt. Arguũt orationẽ eius, tanq; non verã. Aliquæ cauſæ in qbus ipſe defendit, in primis tamẽ quæ Demoſthenes dicit̃, quinquaginta talẽta negãs. Nam cum defenſionẽ ita difficilẽ diſponeret, oratiõem per Peribolẽ artemq; adiuuit. Eundẽ errorem in illis inuenio, qui in figuratis cauſis illũ pariter egiſſe putãt, ac equũ difficilis loci curſu remoratum, & quãdoq; ſe excuſantẽ, q Homericis ſentẽtiis vteretur ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν ὅσχ᾽ ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ, id eſt inimicus eñ ille ſimul eſt inferorũ portis. Qui aliud mente agitat, & aliud dicit. Hæc ſæpe dicere ſolebat, ſe æque & obſcure & aperto in difficilibus cauſis eſſe locutũ. in apertis cauſis illam optime egit, quæ adulter dicit̃. Accuſatus, qui ſub Socrate mori dignũ putat. Et eã quæ Solon appellatur, qui Piſiſtrato arcẽ occupãte leges dedere quęrit. Item quę Demoſthenes inſcribunt̃. Quarũ altera eſt q poſt Chęroniã prodit in forũ, & ſe morte dignũ inter rapaces exiſtimat. Altera vero qua, inſtãte Philippo, triremibus fugiendũ eſſe decernit. Aeſchinis promulgata lege, qua morte dignus ille cenſet̃, qui aliquã de bello faceret mẽtionẽ. In his maxĩe, quæ figurate ab eo prępoſitæ ſunt, orõni habenis impoſuit, & in vtroq; genere ſentẽtiæ ſaluũ efficiunt. Medicis igit̃ frequenter obnoxius, cũ lapidis more mẽbra obſtupeſcerẽt, ab cis Lithothomiã effodere, & incidere iuſſus eſt. De qua.

quidẽ ægritudine cum scriberet Herodes, hanc misit epistolã. Cum esse oportet, manus nõ habeo. Oportet progredi, nõ sunt mihi pedes. Oportet algere, tunc & pedes mihi sunt, & manus. Polemon sexto & qnquagesimo suę ætatis anno defunctus est. Et hic fuit vitæ terminus. In aliis autẽ scientiis principiũ senectutis.
» A iuuẽtute vero Sophista. Et consenescẽs scientia, sapientiã cõducit. Sepulchrũ sibi apud Smyrnã nullum,
» etsi plura dicunt. Aliqui in horto, qui iuxta templum
» virtutis est, eum sepultũ esse referũt. Pleriq; vero non
» procul a mari, vbi breue tẽplum est, et ibi quoq; statua Polemoni posita est, tanq̃ ibi vbi vir iacet, naui fuerit expositus. Nõnulli deniq; domi in aula sub æneis statuis. Sed nihil eorũ verum est. Nam si in Smyrna defunctus est, vbi nullum admirabile tẽplum est, ex hoc conicit, ibi iacere minime contigisse. At illa veriora sunt; eum ad Syriæ portas esse sepultũ, vbi maiorum quoq; monumẽta sunt. Quin & ipsum adhuc viuentem fuisse humanũ, quandoquidẽ ab amicis intelle
» ctum est. Nam cũ cadauer tumulo recondi iuberetur,
» subduc subduc (inq̃t) lapidẽ, ne me Sol videat iacentẽ Ad deplorãtes aũt familiares cõuersus, date mihi corpus (inquit) & iterũ ingrediar, sed sine sine Polemone sunt ista Polemonis. Qui autẽ sub ipso fuerũt, ne tales quidem euasere, vt illius virtutem pręter vnum, de quo paulo post dicetur, propius accederent.

SECVNDVS.

NE SECundi quidẽ Athniensis nobis obliuiscendum est, quẽ Epithyron, quasi fabri puerũ, pleriq; vocant. Secũdus igit Sophista exuberãtis scientiæ compos, & in dicendo parcus. Cum Herodem doceret in

controuersiã cum discipulo ipso descẽdit. Quare Herodes ipsum interemit, illud dicens Hesiodi καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων. Et figulus figulo inuidet, & rhetori faber. Sed mortuo orationẽ habuit, & defuncto seni lachrymas adiecit. Multa sunt huius viri digna memoria. Maxime aũt hęc cõtrouersia, qua seditionẽ inchoans, mortuus est. Qui seditio-
" nem finiuit, donũ assequit̃, qui incepit & finiuit, largi-
" tionẽ petit. Hanc causam sic breuiter perorauit. Non
" igit̃ est inquit, qd primũ seditionẽ suscitasse, neq; quid
" secundũ terminasse. Proinde de qbus rebus male me-
" ritus es, da pœnas. De qbus vero bene meritus, si po-
" tes prẽmiũ cape. Talis aũt vir iste fuit, qui in via, quæ Megaram tendit, apud Eleusinam sepultus est.


FLAVII PHILOSTRATI DE VITIS SOPHISTARVM LIBER SECVNDVS.

HERODES.

DE HERODE Atheniensi videre opus est. Herodes Sophista a parentibus in duos consulatus puenit. In Aeacidas genus referebat, quos socios quandoq; Græcia aduersus Persam designauit. Neq; Milciadem, neq; Cymonẽ Atheniensibus, cæterisq; Græcis aduersus res Medorũ meliores viros, digniores q; reputaueris. Hic enim Trophæa medica inchoauit, hic a Barbaris pœnas exegit, quos postea grauibus iniuriis affecit.
" Optime hoim diuitiis vsus est. Hoc aũt ne facillimum

,, quidē, sed oīno arduum, & perq̃ difficile esse repute-
,, mus. Nam qui diuitiis debacchantur, hinc iniurias in
,, hoīes exhauriūt, cęcasq; diuitias criminant. Ille nanq;
,, cęcæ quādoq; vident. Sed sub Herode oculos habebāt.
,, profecto diuitiæ. Quippe respiciebāt amicos, respicie-
bant ciuitates. Cum in cēs vir iste circumspiceret, the-
saurosq; in mētibus hoīm secū vna cōmunicantiū col-
locaret, dicebat (vt par est) recte opibus vtenti, egenti-
bus quidē opitulandū esse ne egeant, nō indigētibus
etiā ne venient in egestatē. Diuitias cōsultore carētes,
et parsimoniæ cōglutinatas, mortuas appellabat. The-
,, sauros vbi pleriq; pecunias recondūt, diuitiarū vincu-
,, la nuncupauit. Putantes aūt reconditis pecuniis esse
,, sacrificandū, hos Aloadas cognomīauit, qui postq̃ ob-
strinxerint sese, Marti sacrificāt. Diuitiarꝫ fontes huic
fuere & a multis ꝓfecto familiis conflati. Maxime aūt
a parētibus. Auus eī sibi fuit Hyparcus. Qui in Ty-
rānicis cōtrouersiis patrimoniū publicauit, quas neq;
Athenienses induxerūt, neq; Impator imperauit. At-
ticū vero eius filiū, & Herodis patrē, ne e diuite qui-
dem pauperē factū fortuna despexit. Sed thesaurū in-
effabilē in vna domo reconditū ostendit, ex his quas
ad theatrū possidebat. Cuius quidē magnitudine, ma-
gis religiosus q̃ exultās factus est. Qua ad oratorem
hanc misit epistolā. Thesaurum Imperator domi meæ
cōperi. Quid de eo faciendū esse iubes. At Nerua Im-
perator, qui eo tēpore regnabat. Vtere, inquit, quæ in-
uenisti. Et cum Atticus in eadē cautione persisteret,
scriberetq; se thesauri magnitudine supari. Abutere
inquit inuēto, quando tuū est. Hinc magnus effectus
est Atticus, & longe maior Herodes, qa paternis opi-
bus maternæ accedebāt, quæ modo parū eas supera-

E v



bat. Accedebat etiā magnanimitas illustris, paterna lōge maior. Liberis em̄ Asiæ ciuitatibus Herodes imperabat. Cum Troadē incōmoda balnea habētem, & a puteis terrestrē aquā haurientē, effodientēq; pluuiatilis aquæ reconditoria videret, ad imꝑatorē Adrianū scripsit, ne antiquā ciuitatē, & mari facile accessibilem siccitate destrui pateret. Immo trecentas illi Myriadas in aquā concederet, cū iam pagis multa quoq; porrexit. Laudauit hęc scripta Imperator, vtputa quæ a suo more nō essent aliena, & Herodē ipsum aquæ ꝑfecit. At vbi in septingētas Myriadas sumptus ipse ꝓcessit, ad Imperatorēq; scriberet. Quicūq; in Asia vertebantur, nimirū fore grauissimū, quingētarū vectigalia ciuitatū, in fontē vnius vrbis erogari. Hæc apud Atticū Imꝑator ipse cōquestus est. Atticus vero, magnificentissime hoīm Imperator, inquit, ne minimis nūc quæso irriteris. Nam q̄ supra trecētas Myriadas impēsum est, ego quidē filio dedi, & filius ciuitati Testamētum, quo Atheniensi populo quotānis essem cuiq; tribuendū reliquit. viri magnificentiā arguit, qua in aliis etiā vsus est. Sæpe em̄ vna die centū deo boues mactauit, & Atheniēsi populo per tribus domesticatim epulum dedit. Et quādo Dionysia aduenerāt, in Achademiā in Dionysij templū descēdebat. Et in fictile poculo ciuibus simul, & hospitibus in hedereo thoro accubātibus, propinabat. At vbi de Attici testamēto mentio facta est, nūc res ipsa postulat, vt causas q̄bus Herodes Atheniensibus infestus effectus est, subinde referamus. Ita em̄ se habebat, vt diximus. Testamentū autem ille & libertorū suorū scripsit. Qui cum difficile et libertis & seruis Herodis ingeniū intelligerent, tanq̄ largitionis autores, Atheniensis populi defectionem

moliunt. Quales in Herodē liberti fuerint, accusatio in eos facta demonstrat, qua omē suæ linguæ fundamētum ostendit. Recognito testamēto, ad Herodem quinq; minas viritim publice soluentē, vt ab his se beneficētia redimeret, ne quotānis dare deberet Athenienses cōuenere. Sed postq; ad mēsas peruentū est, ad dinoscēda debita confitētium cōtinuo suorū parentū & auorū, singrapha Herodis parētibus plane debentiū recognouerūt, & aduersis rōnibus defraudabāt. Aliqui ita pauca numerabant. Illi vero nihil. Pars, vt debita solueret in foro continebat. Hæc Atheniensiū anios veluti populatorū ad largitionē irritarunt, neq; ab odiis destiterūt, neq; hic de illis quādoq; benemereri maximū reputauit. Stadiū igitur Panathenaicū cognominatū ab eo his rebus cōstructum ferūt, quibus oēs Athenienses carebāt, in quo Atheniēses ministrabant, & Panellenaicon quoq; nominarūt, quasi totius gratię capax. Cum coronā Panathenoꝝ proposuisset, vos, inquit, Athenienses & Græcorum principes, & Athlethas decertantes, in stadio ex albo lapide structo recipiā. Dixit quoq; ista stadiū quod super quattuor circiter annos pfecit opus ita cōpositum, vt cętera mirabilia superet. Ne vllū quidem theatrū cum eo decertet. Illa de Panatheneis audiui, velū e naui esse suspensum suauissima insequētis venti marisq; pictura, nauimq; nullis trahētibus iumētis cucurrisse, sed subterraneis machinis pcessisse, & millenariū ex victili materia cōpactum habuisse remigiū, supra Eleusinū venisse, eoq; circūdato præteriisse Pelasgicon ad Pythion prętervectā in portū prouenisse, et adhuc sunt qui in portū impulerūt. In altera parte stadij, nauis eburnea, fortunæ statuā, veluti omīa gubernātis sustinet.

Atheniensiū Epheborum ornatū, in hodiernū habitū transtulit. Chlamides albas primus induit. Nam ante hac nigris induti conciōes circūsidebant, & flentibus publice, præcone Coprea, Atheniensibus quē ara Heraclidas euellentē, illi olim interfecerāt, pompas mittebant. Quēadmodum etiā Atheniensibus pro Regilla cum laquearibus ex cedro confectis, theatrū Herodes
" statuit. Sylua em̄ est, quā ad fingendas statuas ex de-
" dito studio videt̃ inuenisse natura. Ista em̄ duo apud
" Atheniēses talia fuere, qualia ne apud Romanos quidem vsquā. Theatrum aūt sublaqueatū quod Corinthiis ædificauit Atheniēsibus, cæterisq; laudatis, prętereꝗ paucis lōge maius, ne mētione quidē indignum esse duxerim. Itē Isthmi signa Colossum, Isthmiumq; & Amphitrites, cæteraq; simulacra, qbus tēplum ipse repleuit. Neq; Melicerta Delphina p̄terierim Pythio Pythistadion dicauit, & aquā ad olympia Ioui. Præterea Tessalis & Græcis Melide sinus accolis. Et Thermopylas, Pæonia balnea egrotātibus construxit. Canusiū in Italia, inducta aqua, cuius vehemēter indigebat, habitabile reddidit. Quinetiā in Euboia & Peloponeso plerasq; ciuitates. Item Oricū in Epiro, quod ditioni suæ subdiderat. Aliaq; oppida. Et ꝗuis tanta rerū magnificētia celebraret, nihil tantū fecisse sibi videbatur. Pestꝗ Isthmon nō perfoderat, ꝙ prēclarū facinus fore arbitrabat̃, si continentē abscidisset, bimariq; pelagi circūuenisset, sicq; nauigātibus stadiorum sexies milliū & viginti maris lōgitudinē corripuisset. Nec quidē ipse fecit, cum ab Impatore id petere non auderet, ne eius mentē læderet, si id facere videretur. Quod ne Nero quidē præstare quiuit. Ego autē vt a Cthesidemo Atheniensi olim accepi, idipsum suscita-

uit. Adhortante nanq; Cthesidemo ad Corinthũ Herodes mentẽ conuertit. Cum ad Isthmum venisset, dic: Neptune (inquit) volo equidẽ, nemo tibi assentiendo respondit. Cum hoc dictũ Cthesidemus admiraretur, eius causam, Herodẽ rogauit. At Herodes ego (inqt) iamdiu post me mortalibus aliquid mei animi monumentũ relinquere, cõtendi. Quid virũ ostẽderet, neq; hanc gloriã assequi mihi posse videor. Adhæc Cthesidemus in eloquentiæ, rerũq; ab eo gestarũ laudem descendit, quippe quæ tales sunt, vt a nemine superẽtur.
„ Cui Herodes perniciose adularis, inquit, hæc em̃ tem
„ pore cõprehensa sunt, eloquẽtiæ nostræ pleriq; detra
„ hent. Hic aliquid, aliquid ille arguet. Sed Isthmi effos
„ sio opus est ĩmortale, & ipsi quoq; naturę incredibile. Ad effodiendũ igitur Isthmũ, aut Neptuno, aut viro quẽ Herodem Herculẽ multi nominarunt, mihi opus esse videtur. Præterea quidam erat primæ lanuginis adolescẽs, magno Gallo similis, octo quidem pedum magnitudine. De quo in quadã epistola ad Iulianum scripsit Herodes, cui modica coma densa supercilia, & ita inter se consentiẽtia, vt gratiosum quendã ex oculis radiũ emitteret, morum vehementiã portendentẽ. Item incuruũ deflexa ceruice, quod e laborib⁹ magis q̃ cibo accidebat. Pectus erat bene cõpactum, & cum pulchritudine cõsentiens, tibiæ paruæ, extraq; curuatæ, & facilẽ incessum pedibus exhibẽtes. Adhæc veste, lupina pelle consuta, indui. Posthæc cum apris Lycopãteris, lupis, toruisq; tauris ĩmania agitare certamina, ostentare certaminũ cicatrices. Hunc nõnulli Herculem & in Bœotia fuisse natũ pleriq; dicebãt. Asserebat etiã Herodes, se vnũ audiuisse dicentem huic matrem fuisse bucculã; iccirco sic cognominatã, quia bo-

ues illa pauisset. Patrẽ vero Marathonẽ, cuius in Marathone statua. Rusticus aũt est heres. Cum hũc Herculem Herodes percontaret̃, an ne ĩmortalis esset. Respondit se mortali longiores vitæ cõpotem. Adhæc interrogauit quomodo foret enutritus. Lacte plurimũ, inquit, meq; capræ pascunt, & pastores, item boũ matres & equorũ. Quinetiã ex Asinæ vbere potabile lac exprimit, & leui apposita demũ farina, decẽ semodia comedo. Hoc mercedis præmiũ cum fidus eis consultor appareo, Marathonij Bœotæq; agricolæ, qui me quoq; Agathiona cognoĩarunt, mihi cõtulerunt. Insuper Herodes quomodo linguam, & a qbus accepisti. Neq; mihi, inquit, ex indoctis oblatus est Agathion. Mediterranea eñ attica viro eloquiũ discere volenti, optima videt̃ esse magistra. Nam Athenienses qui cũ mercede adolescentes e Thracia Ponto & ex aliis barbarorũ gentibus, in vrbem cõfluentes admittunt, per illos linguã suam potius corrũpunt, q̃ eos ad dicendi elegantiã disponant. Mediterranea nanq; Atticæ regio, nulli barbariei ĩmista est, sed integrã vocẽ seruat, & lingua summã succinit atticitatẽ. Ad hæc Herodes, affuisti ne solẽnitatibus vnq̃? Ne turbæ quidem loquẽdo me ĩmiscui Agathion inquit, sed a Parnasi specula musica certamina audiui. Nam qui cõdere Tragœdiã audit, admirat̃. Sapientes aũt Græci cum Pelopidarũ Labdacidarũq; mala cum voluptate perceperint, quãdo creditæ huiuscemodi fabulæ misera gesta cõsulunt, ne rem quidẽ mihi vtilissimã facere videñtur. Cũ hunc philosophantẽ conspicarent̃, Herodes adhuc percõtatur si quid de Gymnico certamine didicisset. Adhæc magis inquit illos ludibrio dignos existimo, Cum hoĩes inter se Pancratio, cestibus, palæstra, cur-

